

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XXII. De translatione dominij in alterum ex lege præscriptionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Tandem alluvione dominium acquiri deciditur *dicitur leg.*
ad eo. §. 1. ff. de acquirendo rerum domino & §. præterea. ius fit.
de rerum divisione. Alluvio namque, vt ex dictis constat, est
 incrementum, vel decrementum quod flumen decurso temporis
 prædicto aliud præstat: quod incrementum, vel decrementum aliud
 est latens, aliud patens. Latens est quod paulatim, & quasi laten-
 ter flumen adiicit; hoc autem incrementum, vel decrementum
 eius est cuius est prædium, quia, vix à prædio distinguitur. Pa-
 tens vero est quod palam, & patenter fit, contingitque tripli-
 citer. Primo si impetu, & inundatione partem aliquam ex alieno
 prædio tuo adiecerit, vel ex tuo alteri detulerit. Quo casu per-
 manet ea pars adiecta, vel sublata sub domino, quo ante-
 erat, nisi eam Dominus derelictam habeat. Vt manifestè con-
 stat *ex dicta leg.* *ad eo. §. 1.* Secundo contingit cum insula
 aliqui denuo nascitur, quia sicut in medio mari iure genitum est
 primò occupans. Si vero in medio fluminis pertinet ad eos, qui
 verò è regione prædia habuerint pro viuis cuiusque iure
 dividenda. Quod si vii parti ripæ propinquior sit, haben-
 tibus ibidem prædia competit, neque eorum ius diminuitur,
 tamecum postmodum excedatur, & alteri ripæ aduersus accedit
 quia incrementum illud accrescit insula, & consequenter illius
 Domini. Si vero ea ratione insula sit, quia flumen in
 duas partes diuiditur, & prædiū alius cingit, eius erit
 insula eius fuit prædium, quia nulla est causa ob quam debet
 illius dominum amittere. Vt hæc traduntur. *§. insula iusfit.*
de rerum divisione leg. *ad eo. §. 1. & leg. incola ff. de acquirendo*
rerum domino. Tertiò contingit, vt flumen antiquo, &
 naturali alveo relicto incipiat per aliam partem fluere, quo cau-
 aleum direlictum ad eos pertinet, qui verò è regione præ-
 dia habent, sicut dictum est de insula. Alveus vero denuo occu-
 patus publicus effectus, dummodo longo tempore, & non
 per transternam fuerit occupatus, tametsi flumen post illud
 longum tempus ad suum antiquum alveum reverteretur. Sicuti
 constat ex §. quod si naturali iusfit de rerum divisi. & dicta leg.
ad eo. §. insula. & leg. ergo ff. de acquirendo rerum domino &
doceat Molina tractat. 2. de iusfit. d/p. 57.

Quousque autem hec incrementa per alluvionem contingunt conueniant. Vñfuctuario, feudatio, & emphyteutico
 decidit optimè Molina. *d. disp. 57. circa finem. numerum incre-
 mentum alluvionis latens cedere Vñfuctuario, sicut prædium,*
à quo vix distinguitur. leg. incola ff. de iusfit. Feudatio autem ob speciem
 conuenienter feudorum spectato iure communis nec incrementum latens, neque patens conuenit. At spectato iure Hispano
leg. 30. tit. 28. par. 3. latens conuenit, non vero patens. Ad
emphyteutam vero & latens, & patens pertinet; latens quia per-
*tinet Vñfuctuario qui minus est; patens quia sultinet decre-*mentum agro emphyteutico obvenientia absque diminutione*
*pensionis. Ergo æquum est, vt incrementa reportet ab illo pen-*sionis augmento.***

P V N C T V M XXII.

De translatione dominij in alterum ex lege
 prescriptionis.

Triplièter inquit Lessius. lib. 2. cap. 6. initio, potest trans-
 ferri dominium in alterum absque voluntate prioris Do-
 mini: primò iure genitum qualiter res bello iusto capta sunt
 capientis, & qua translatione, & dominij acquisitionis diximus.
1. p. tract. 6. de charit. disp. 5. Secundo virtute alicuius legis,
 particularis, idque sine culpa Domini, vt lege prescriptionis
 vel ob eius cupam, vt ob crimen Heresies, Sodomaie &c.
 Ob haec enim priuatum reus dominum suorum bonorum, &
 fisco addicuntur. De qua priuatione, & qualiter obliget &
 quod ius sicutis acquirat dixi latè tract. 3. de legib. disp. 2. de
 lege penal. & tract. 4. de fide disp. 5. de poenis Hæreticorum.
 Tertiò sententia Iudicis, vt si reus dannetur in quadruplicem.
 De cuius obligatione dixi in *supradictis disputationib. de lege*
penal. & consolacione bonorum. & dicam latius cum de deli-
 citis, & eorum penitentiam sermonem faciam. Quapropter in pre-
 senti volum superest agendum de translatione dominij virtute legis
 prescriptionem concedens.

S. I.

Quid sit præscriptio, & ob quam causam intro-
 ducta, & an ei renuntiari possit?

1. Explicatur præscriptio generaliter.
2. Proprius definitur.
3. Qualiter apud Canonici Iuris interpretes accipiatur?
4. Sumpia præscriptio tertio modo ab vñcupatione non distin-
guitur.
5. Beneficium præscriptionis quam ob causam iure communis
 in iudicium fit?
6. Beneficium præscriptionis renuntiari potest.

Praescriptio apud iuris Caesaris interpres teste Courau. 1
 regula possejor. 1. p. initio idem est quod exceptio, ita ex-
 cluſio actions adversus te inremata, qua triplice contingit.
 Primo negando titulum, & fundamentum, cui actor imponit.
 Secundo offendendo ei plenam satisfactionem dedisse. Tertiò
 retardando eius actionem. Exempli res erit manifesta. Potilla
 à te Petrus solutionem pecuniae mutuare, si eius pecunia
 exceptio negando mutuam tibi esse concessum, excludit
 titulum, & fundamentum, cu Petrus innatur, transversaque pa-
 sum omnis probandi, & haec non est propria exceptio actions
 negario. Si autem admisit mutatione opposita sollempniter, vel
 uerbi remissio, proprie eius actionem exceptio, & dicti
 eius ellipsis, & exceptionis tibi incumbit probatio. Quia pos-
 satione legitime facta Petri actio distinguenda, idcoq hæc
 exceptio peremptoria vocatur, quia Petri actionem perimit.
 Quod si oppositas non esse legitimum Iudicem testes, esse ini-
 fames, Petrum esse excommunicatum, actionem non eximi-
 guis, sed retardas, vel declinando iudicium, vel differendas,
 idcoq hæc exceptio appellatur declinatoria, seu dilatoria: de
 quibus agit titulus de exceptionibus tam in Digestis, quam
 in Codice, sed quia has exceptions à reo oppositas sicut
 actor contraria exceptionibus impugnare, et impugnare
 replicationes appellantur: quod si iterum reus huic actioni
 exceptioni se opponat, ea oppositio duplicitate numeratur, &
 haec possunt esse triplications, quadruplications &c. ut constat
 ex iusfit de replicationib. & leg. 2. ff. de exceptionib.

Secundò & proprius præscriptio est exceptio legalis actionis,

qua præsumit Dominum rem suam exigentem exceptio possejor.

Etenim cum lege statuum sit possejor, cetero tempore bona fide rem alienam, dominum illius comparare, si post illum tempore decursum exigat rem suam, præsumit Dominus exceptione hac legali repellitur, & quia eius actionem manifestè extinguit, exceptio peremptoria nuncipatur, de qua in tit. Cod. de præscript. longi temporis, & de præscript. 30. & 40. annorum: & latè Courau. regula possejor initione 4.

Hinc tertio apud Canonici Iuris interpres testatur Courau.

2. præscriptionem pro acquisitione domini, & ius alieni peremptionis, & continuatione possejori per tempus a legi præscriptum.

Si enim petenti rem suam præsumit, opposita possejor illius eo tempore, quod per leges necessarium est,

et ut illius rei dominum compares peremptori eius actioni exceptio.

Ob quam causam possejor eo tempore continuatur, & ea via dominii acquisitionis, præscriptio nuncipatur eti, cum tamē præscriptio effectus proprius sit huius possejoris, & omnium acquisitionis.

Sumpia præscriptio hoc tertio modo ab vñcupatione non distin-
 guitur. Nam vñcupatio (vt inquit Modestus. leg. ff. de vñcupati-
 nib.) est acquisitione domini per continuationem possejoris tempore à lege definito, & secundum quod definitum est. Quid enim rem alienam capi, eo vñ cui per leges dominum conci-
 dit, dominum illius acquirit. Sapere tamen vñcupatio non ac-
 quisitione domini in facto esse sumitur, sed pro causa sequenti
 di dominum, quo sensu soleat vñcupatio intertrumpi, cum tamē
 dominum iam acquiritur nuncquam intertrumpatur. Infoper
 vñcupatio est acquisitione domini per vñm rei capere, cum tamē
 præscriptio tamē excedatur ad extinem non iuri reali, seu
 personalis alterius abesse vñl. dopnij acquisitione, & nisi alieni vñ: idcoq præscriptio latius pater quam vñcupatio,
 cum tamē omnis vñcupatio sit præscriptio. Quid vero aliud
 affirmare vñcupationem præscriptione distinguat, quod illa sit
 mobilium, haec immobilium, nullum in extremitate, & præ-
 scriptio ad mobilia. Ut manifeste ostendit Courau. de regla
 possejor. n. 2. & Alciat. 1. g. ut sunt ff. de verbis significatis. Na-
 tur. cap. 17. n. 8. & 17.

Beneficium præscriptionis, quod est à præsumit Dominio, &
 dominium, & ius auferre, & alteri adiudicare, ob multiplex
 causam in bonum publicum introdulcum est. Primo & præ-
 scriptio ne passim longo tempore dominia retum confitit, &
 incerta est iuxta leg. 1. de usurpatib. & vñcupati-
 bus. Secundo ne lites protraherentur, leg. vñ. ff. pro Seta. Tertiò ne possejores continuo tempore tenet possejum am-
 tendi tenetur. leg. cum novissimi Cod. de præscriptis
 30. vel 40. annorum. Quartò ne homines in rebus, & iuri-
 bus suis conseruandis leges & negligentes sint. leg. &
 perfectius. Cod. de annali exceptione, & capite vigilanti
 præscript.

Hinc dubium est, An præscriptioni renuntiari possit? Negat
 Bart. in leg. xmo potest. col. penult. ff. de legatis 1. quem fecerit
 Gregor. Lopez. 1. g. 1. tit. 2. 9. part. 3. Dicuntur, quia nisi pu-
 blico derogare nemo potest. leg. iiii. publicum ff. de posu. 11.
 præscriptio pto inducit, eff proper bonum publicum principale,
 ne iniqui dominia retum incerta sint, ergo. Sed contrarium
 merito docuit Dynus dicit. leg. nemo potest, & in eum pro-
 pender Iafon ibid. n. 80. & in 2. le. 1. ura. n. 11. Risan. 10. Alius
 Rub. de præscript. n. 22. Ioann. Gutier. in reperi. 1. leg. n. 10. p. 11.
 nam

num. 470. Quorum fundatum illud est, quia ea renunciari possunt, que primo spectant priuatum commodum, & secundario bonum publicum sive tradit. Glossa ab omnibus recepta in cap. de causa de officio delegati. At praescriptio primo spectat praefertentium fauorem, & secundariam, & incidenter ius publicum. Sicut quilibet alia lex que bonum priuatum spectat renunciari potest, tamen si fuisse recipiat bonum publicum: quia hic secundarius respectus a legi separari non potest. cap. iiii. annus. lex. 4. dicitur. leg. 1. Et 2. sive de legibus, quo non obstante locus est renunciatio. leg. si quis in concribendo. Cod. de pacis. Negre his obstat lex de dicto de causis totalibus, vbi non permititur pactum, quo dos mulieris deterior fiat, tamquam causa docis & utilitatem priuaram & communem respiciat, ne inquam mulieres indotatae sint. leg. 1. ff. Sicut omnia matrem, quia hinc recte responderet Iohannes Gutierrez. dicta leg. nemo potest. n. 473. in causa doris utilitas a priuata separari nequit, at in praescriptione optime potest. Quo propter utilitas publica praescriptionis est, ne rerum dominum incerta sint: ut polito patre ne praescribatur aliqua res, dominum illius incertum non maneat, viro praescriptum est primo possessori, illud vero certius est renunciari posse, ne ius exequendum decennio praescribatur. Vt concilium est leg. 63. Tauri qui est bona leg. 6. tit. 1. lib. 4. nova collecta, quia per huiusmodi renunciationem non maneat dominum rei incertum. Ut bene adiutor Gregor. Lopez. dicta leg. 1. iii. 29. p. 3. Negre obstat quod in odium negligenter creditorum debita non exigitur, haec praescriptio introducta est, quia simul introducta est in favorem debitorum, ac proinde ipsi renunciare possunt, maximè cum predictum statuum exemptionem ab executione concedens occasionem praeter debitoribus debita malâ fidei retinendi.

Hæc renunciatione praescriptionis non solum expressè, sed tacitè fieri potest, vt si pars promittat rem perpetuo obseruare. Vt relatis pluribus docet Gregor. Lopez dicta leg. 1. Gutierrez. leg. nemo potest. n. 475.

§. II.

An praescriptioni beneficium pro foro conscientiae prospicit?

- 2 Aliqui negant in foro conscientiae etiam habere.
- 2 Temperani aliqui supra dictam foro entram, ut procedat in eueniu, quo primitus dominus culpabilis existet.
- 3 Statutum tam pro foro exteriori, quam conscientiae, praescriptionem prodere.
- 4 Soluuntur fundamenta opposita sententia.
- 3 Consent plures rerum immobilia dominium utile tantum non diratum comparari.
- 6 Contraria sententia verior est. Est soluuntur fundamenta opposita.

Praescriptio praescriptionis beneficium non solum pro foro exteriori, & iudicari, sed etiam pro foro conscientiae, ita ut praescribens rem alienam nulla obligatione teneatur, eam primum Domino restituendi, non est contans sententia. Nam Aliat. in libello de quinque pedibus praescriptio. Henricus Gandanus. q. 8. q. 22. Petrus Gregor. syntagma iuris lib. 4. cap. 8. n. 2. & alii relati a Glossa in cap. vigilantiæ de praescriptionib. & a Courtauld. reg. professor. 3. p. n. 1. & seqq. negant in foro conscientiae etiam habere. Primo quia nulla lex potius abrogare potest legem naturalem dicitam rem vero Domini esse reddendam. Secundo quia praescriptio fundatur in bonâ fide, quâ possident rem alienam sicut esse credit. Ergo si possident constat vere esse alienam tollit bona fides, & consequenter praescriptionis fundamentum.

Adrian. in 4. de restitu. in q. de praescript. §. Mibi autem sive praesidio Medina. Cod. de restitu. q. 16. & 18. supradictam sententiam limitant, ut procedat casu quo primitus Dominus aduersus quem praescriptum culpabilis existet in re, rurisque proprio conferendo; eo quod non videatur exequitati confonendum quemque iure suo priuati absque culpa. Praeterquam quod in cap. vigilantiæ de praescriptio, indicat praescriptionem introductam esse in peccatum negligenter.

Nihilominus communis, & certa sententia est praescriptionis beneficium tam in foro exteriori, quam interno locum habere. Vt probat Glossa. dicti cap. vigilantiæ verbo nouerit. Abbas. lib. n. 6. Courtauld. reg. professor. 1. p. 1. n. 1. & 5. & 3. p. 1. Tiraquel de praescriptio. §. 1. Glossa. 1. Andreas Fachineus lib. controveriarum iuris cap. 64. Molina tract. 2. dicit. 1. iuris fisci. Lefluis lib. 1. cap. 6. dub. 1. n. 51. & seqq. Fundamentum est, quia res publica optime potest quemcumque dominio iuratum rerum priuatum, & alteri applicare, cum id bono communis, & tuncque iustitiae administrationi expedit, ut de se constat. At bono communis, rectaque iustitiae administrationi expedit, ut bona fide possidentes alios, illorum acquireant dominium; etenim hac via vitantur

Ferd. de Castro. de Luf. & Iur.

lites, & dominiorum incertudo, & confusio. Ergo praescriptio non solum in foro externo, sed interno habet locum. Secundo facit Canonæ translationem dominij tantum negant praescriptioni mala fide introducta. cap. vigilantiæ cap. v. 1. de rescriptiōnibus. Tacite ergo supponunt praescriptionem bonâ fide stabiliter vim habere dominum transferendi. Sententia vero Adriani hac ratione concurrit: beneficium praescriptionis introductum non est ad puniendam legi unitatem, & negligientiam prioris Domini, sed ne domini diu, & fore semper incerta essent, ne lites protraherentur. Quippe in iure cuius nullus est Textus, ex quo ob fidem punitionis colligatur esse introductum. In iure vero Canonicæ in cap. vigilantiæ aliquantulum indicatur: at re attente considerari nullus est fundamentalis. Nam Textus inquit. Episcopus legislator soisim prout ritandam misericordiam legi unitatem, & legi temporis eternam & confessionem primus trecenti, vel quadragenali praescriptiōnē vigorem legis imposuit. Nobis autem tam in rebus cognitis, quam latitudibus placuit non habere vigorem. Ecce quater loquitur Textus de praescriptione mala fide, quam Pontifex reprobat: hanc igitur admittere possemus iure Civili introducunt effici ad puniendam misericordiam legi unitem. Verum neque id ex praedicto Textu colligitur. Non enim inquit Textus introductum esse ad puniendam, sed ad ritandam misericordiam legi unitem, ut sit miseri excitatetur ad legi unitem, & negligientiam expellendam in suis propriis iuribus conseruandi. Adeo etio beneficium praescriptionis introductum efficit in punitionem negligientia priorum dominorum, quia tamen haec non est causa præcipua, sed illa ne lites multiplicarentur, neve dominia incerta manerent, ideo cessante negligientia culpabili prioris Domini, non cessat beneficij concessio.

Argumentum alarum sententiârum nullus sum momentum. Ad primum pro sententia Alciati adductum concedo, legem positivam non posse abrogare legem naturalem, neque tamen legem praescriptionis abrogare legem naturalem, scilicet rem velo Domino esse reddendam; quippe facta praescriptio iam pristino Domino sublatum dominum est, & vi praescriptionis praescribenti adjudicatum. Ad secundum respondere bonam fidem requirunt esse tempore quo praescriptio constituitur, at praescriptio constituta nequit esse mala fides, cum res non aeternus, sed praescriptus sit. Ad primum fundamentalum Adriani respondere sequum non esse quilibet priuati suo iure abesse culpa, si priuatio penalis sit. Secus vero si sit legalis ob bonum commune introducta. Ad secundum ex cap. vigilantiæ fatis confit ex dictis nullum esse ab verbum, ex quo colligi possit beneficium praescriptionis in peccatum alicuius negligientie culpabilis suicidio concilium.

Verum etio plures concedant ex vi praescriptioni tum pro foro exteriori, tum pro foro conscientiae dominium praescribenti acquisiti, id tamen temporis, ut intelligatur de praescriptione rerum mobilium; nam ex praescriptione rerum immobilia content solum dominium utile non directum haberi. Sic Glossa in leg. traditionib. Cod. de pacis. & in Ausiliis. nisi iuramentale Cod. de bono. maior. 1. & vroque oco Barol. Baldus de praescriptionib. 2. p. 3. art. princip. q. 2. Panormit. & Ielin. in Rub. de praescriptionib. & alii relat. a Courtauld. in reg. professor. mala fide. 3. p. in princ. de Reg. iuris in 6. Dicuntur ex leg. si duo patrem. §. 1. ff. de iure turcando ibi. Post longi temporis praescriptio non erit actionem habere delere. Id ipsum dicitur. leg. 1. in fine. ff. de aqua pluvia arcenda. & leg. si quis diuturno. ff. quemadmodum seruitus vindicetur. Et ex eo quod praescriptio sit actionis exceptio, supponit, ergo illum quem excepis ut habere agendi quod ius per exceptionem elide incendit. Sed hoc ius nequit effici utile, hoc enim possit fori competere, relinquunt ergo si sit usus directum.

Nihilominus contrarium sententiam ut longe veriore amplexati sum. Decius. & Alciat in leg. traditionibus Con. de Pacifico. Corrasius. lib. 6. miscellaneor. cap. 20. Courtauld. ad reg. professor. mala fide. 3. p. initio à n. 2. Andriachini. lib. 1. controveriarum cap. 70. in fine. Molina strati. 2. dicit. 6. iuris fisci. Lefluis lib. 2. cap. 6. dub. 17. n. 51. Dicunt, quia ex legibus & canonicis concedendum praescriptio dominum, colligi non potest solum utile dominum concedi in rebus immobiliis, siquidem absolute, & absque via restrictione afferuntur. Usucepti dominia rerum nobis acquiri, ut videtur in leg. 3. ff. de usucaptionib. & leg. acquiritur. 2. §. non iuram ff. ne acqui rendo rerum dominio & leg. traditionibus Cod. de Pacifico. cap. 2. & 4. de praescriptionib. cap. Clerici. 2. 6. q. 3. & alii. At appellatione dominii potius dominum directum utique præcipuum venit quam dominum utile. leg. 1. §. quae in perpetuum ff. si ager vel gallo, vel emphyteuticus petatur. Ad idem est §. 1. initio de usucaptionib. qui loquuntur Imperator de praescriptio rerum mobilium, & immobilia subdit, dominia rerum iustitia causa. & possessionis praecedente acquiruntur.

Negat argumenta in contrarium illius sum pondet: illis enim legibus conceditur vilis actio, quia materia subiecta solam, ut actionem exigebat, non autem negatur actionem diream dari posse, si materia subiecta id postulaserit. Ad fundamen-

§ 2

tum ex ratione peticum nego, antiquum Dominum verum ius agendi habere: solum enim habet ius apparens, siquidem exceptione peremptoria repellitur.

§. III.

An sint aliqui, qui nec praescribere possint, nec aduersus eos currit praescriptio?

1. Quilibet sine mentis praescribere potest.
2. Servus quatenus servus non potest praescribere.
3. Adversus personas, quibus suorum bonorum alienatio interdicta est non currit praescriptio.

Regula generalis est quaelibet sanx mentis praescribere possit, tametsi minor, aut pupillus sit, quia nulli inveniuntur exceptus, & voluntatem habere potest acquirendi, & colligit ex leg. reg. §. pupillus ff. de usucaptionib. Qui vero libertate definitus est incipere praescriptionem nequit: quia animo acquirendi careret; si tamen tempore sane mensis incipita praescriptio fuit vel ab ipso, vel ab eo cui successit, continuare praescriptionem potest; quia presumitur in priori voluntate permanere, argum. leg. sequitur. §. suriosus & leg. iusti §. cum qui ff. de usucaptionib. & leg. si quis animo ff. de acquirendo possit, & leg. regia 2. iii. 9. par. 3. & ibi Gregor. Lopez.

Servus vero quatenus servus est praescribere nihil potest; non enim & quoniam est exterritorum bonorum possessio, & dominium concedere ei qui sui possessio non habet: colligitur ex dicta leg. sequitur. §. servus ff. de usucaptionib. & habetur leg. regia 3. ii. 29. par. 3. & ibi Gregor. Lopez.

Personae vero aduersus quibus non currit praescriptio sunt omnes illæ, quibus suorum bonorum alienatio interdicta est. Quippe praescriptio est legalis alienari. Non igitur ratione contumeliam est ut quod vna via concedatur, alia deficiatur. Sed hoc intelligi debet per se loquendo, eo quod praesumptio mala fides in eo, qui rei accepit ab eo qui eam alienare non potuit. At positâ bona fide in accepto praefabri possunt, sed extra ordinem tempore ordinario ob malam fidem alienari, sed extra ordinem videlicet tricennio, vel quadrennio. Ut dicit leg. vii. Cod. communia de legaris. At si haec bona prohibita alienari haberet ab aliquo tertio, qui bona fide tibi concessisset praescribere eam possit tempore ordinario. Itemque si praescriptionem incepisset, antequam hac prohibitione affecta essent. Ut bene notauit Lefsius lib. 2. cap. 6. dub. 15 & dicimus latius infra.

Deinde aduersus filium familiæ dum est in potestate patris, aduersus minorem, aduersus prodigum nulla inchoari potest praescriptio, bene tamen continuari, si amea accepta fuit. leg. bone fidei ff. de acquirendo rerum dominio leg. sicut in rem Cod. de prescript. 30. vel. 40. annos. & pluribus exponit Gregor. Lopez. leg. penult. iii fin. part. 6.

§. IV.

Expenduntur conditions praescriptioni necessariæ requisitæ, specialiter prima conditio.

1. Quae sint conditions praescriptioni requisitæ?
2. Possit non solum naturali, sed etiis praescriptioni requisita est.
3. Nequit inchoari praescriptio cum pristinu[m] Dominu[m] possessionem retinet.
4. Colonus, conductor, commodatarius &c. praescribere nequunt.
5. Item nec tutor, nec curator.
6. Item incapaces possidenti.
7. Qualiter possit probetur.

Conditiones ad praescriptionem requisitæ quatuor communiter à Doctoribus enumerantur. Possit. Bona fides, titulus probabilitatis praesumptus, continuatio possitionis cum praedicto titulo, & bona fide per tempus à lege praescriptum.

Quod primaria conditionem attinet, quæ est possitio, omnibus computum est sine possitione non dari praescriptionem. Vt habeatur reg. sine possitione de Regale sura lib. 6. & leg. fin. ff. de usucaptionib. Oportet autem ut haec possitio ciuilis sit & iuridica, nec enim sola naturalis sufficit. Ut ex communione doceat Abbas. caus. m. n. d. praescriptio[n]ib[us] Couarruu. ad reg. poss. for. 1. p. iust. n. 7. non tamen est necessarium, ut reali apprehensione acquiratur. Satis enim est si fictione juris, aliquo actu, apprehensione aquivalenti comparatur. Ut pluribus comprobatur Molina. tract. 2. dist. 3. & 13. Couarruu. ad reg. possessor. 2. p. §. 1. n. 6.

Hinc est te praescriptionem inchoare non posse interim dum pristinus Dominus eamem possitionem non amittit, tametsi

rem naturaliter possideas. Non enim ex eo quod ignorat[ur] mino eius bona vendita tibi finit a fute; tu inchoare praescriptionem potes, tametsi bona fide, & cum titulo probabilis possit. quia ea possitio naturalis est non civilis, huc enim apud pristinum Dominum permanet, dum ipse ignarus est rem suam tibi translatam esse, ab eo autem puncto, quo id cognoscit, neque curat à te auferre, quia credit non praesumiturum; vel id intrans repulit eft, incipit ciuiliter possidere iuxta. leg. clm. p[ro]p[ri]etatis. §. qui ad arundinum ff. de acquirendo possit. Et residuum et omnium sententia Couarruu. ad reg. possessor. 1. p. §. 1. n. 7. Pauli Layman. lib. 3. sec. 5. tract. 1. cap. 8. n. 5.

Ob eandem rationem neque coloms, conductor, commodatarius, pignoratarius, & alii similes praescribere possunt rem conductam, commodatam, & in pignus acceptam. Vt docitur leg. male agri. Cod. de prescript. 30. vel 40. annos. & cap. Cleric. 16. q. 4. & ibi Gloria verbo, in propria. & verbo, scriptio. 2. n. 20. Molina. Lefsius. Layman. loci citati. Ut ratio est manifesta, quia ipsi non possident, sed possidet proprietarius per ipsos. Vnde si ipsi confeo proprietario rem conductam pignoratam, commodatam tibi vendant, in eis bona fide possidere, non potes praescriptio[n]em illius inchoare, quoniamque proprietarius sciat tibi esse rem in aliis, & recipere ometat; quia interim sue rei ciuilis possidet, item recipere.

Ex eodem principio nequit tutor, curator, procurator, ferens & filius/familias in ijs, quia Dominus & patrus acquirent aliquid sibi praescribere, quia non possident nomine proprium, sed alieno. Et idem est de Emphytice, Feudato, Viu[m]etato, quod dominum proprietatis. Secus vero quod videtur dominum, vel viu[m]etum, hunc enim valent praescribere, quia nomine proprio possident, & docent præscripti Doctorum.

Demque incapaces possidenti co ipso praescribendi incapaces existunt, quia possitio est unica via obtinendi praescriptio[n]em. Quia ratione nequeunt laici res facias, & Ecclesiasticas illo quantum tempore, nomine proprio praescribere, quia nequeunt possidere. cap. Sacra[m]ent. cap. M. ff. de iusticia. cap. Laicis. cap. post. Laicos, & alij. 16. q. 7. Non enim laici Clericos, coramque bona iurisdictionem praescribere possunt, neque item ius exigendi decimas, sicut Clericos competet. Vnde habetur cap. casu[m] de praescript. quia horum officiis interdicitur. Sed quia ex priuilegio summi Pontificis capaces sibi possunt tum exercendi in Clericos iurisdictionem, tum exigendi decimas, ex eodem priuilegio capaces esse possunt praescribendi. Quocirca laicos qui praescribendi possident tempore legitimo praesumente probabilitem citulum apud Apostolicu[m] sicut concilium abesse dubio praescribent. At si humiliandum non praesumere, cameros à tempore immemorandi possidet, nunquam praescriptio[n]em obtinere posset, quia eis possitio[n]em inabilitatis, illegitimitatis, à iure reprobata, & ex mala fideque ergo praescriptio[n]em inducere. Ut recte notauit in praescribi Layman. acto lib. 3. sec. 5. tract. 1. cap. 8. n. 7.

Supradictum dicendum qualiter haec possitio probetur: Ex his uter responderem, si probes te antiquum possidit latus est, ut praesumatis de praesenti possidere. Vti docent Bart. in leg. iust. 10. de Ciel. de probationib. Abbas. in cap. accidentis de possitio[n]e. & cap. cum ad sedem de resist. spolior. Et probet ex eo quod a possitio[n]e femal fabia eadem nequeas nihil posse possidendi mutaueris; at haec mutatio non praesumunt. cap. Maior. S. vlt. de baptismo. leg. Sanctiss. Cod. iust. 10. art. 2. Debet tamen allegare te de praesenti possidere, ut dicto presumptio[n]e locus sit, quia presumptio iurius confitens in actu proprio allegari debet. leg. si adulterio. cum incert. §. cum Ptolom. ff. de adulterio. Vnde recte tradit Couarruu. ad reg. possit. ff. 1. p. 1. n. 1. Deinde ex eo quod probes te antiquum possidit, & de praesenti possidere, presumatis intermedio tempore possitio[n]em continuasse. Vti tradit Gloria. in c. Cum Ecclesia de causa possit. & proprietate. Abbas. cap. Camad. fidem de resist. spolior. Couarruu. dicta reg. possit. 2. p. 1. n. 1. Et colligit ex cap. praeterea §. 2. de translatio[n]e. & leg. certum §. 1. ff. de confessio[n]e. Verum hoc intelligendum est eis, quo ciuilis possitio per decimum probanda fit; nam & vita decimum fit probanda, & naturalis possitio amissa fuerit, oportet initium cuiuslibet decennii probare, quia animus continuando possit, rei non retinet non praesumunt propositi.

Vt recte notauit. Et colligit ex leg. pregeff. de uarinda possitio[n]e. Et pluribus relatis tradit Couarruu. loco citato. n. 3. tametsi Andreas Alciat. ac praesup[os]t. reg. 2. presumpt. 22. contrarium sentiat. Ad dicte Couarruu. predicitam

probationem sufficere in eo, qui cum spoliatus sit concedit effe restituendum, per interdi-
cum uarevi, & vi
possidet, de
quo alibi.

* *

§. 7.

§. V.

Expenditur secunda conditio præscriptioni requiri, quæ est titulus.

1. *Titulus necessariò requiritur.*
2. *Quid sit?*
3. *Aliquibus placet sufficere titulum ignoratum.*
4. *Quid sentiendum sit distinctione respondetur.*
5. *Propositus quadam obiectio.*
6. *Pot illi sat?*
7. *In foro externo negant plures bonam fidem præsumi posse.*
vix titulus non adest.
8. *Distinctione quoque resolutur. Et sit satis fundamentis
1. opposita.*
9. *Mala fides præsumpta possitio 30. annorum purgatur.*
10. *Malis præscriptionibus, reuirementibus titulum non sufficit
possitio probatio.*
11. *Si ex titulo virio o possessor in corpore corruuit præscriptio.*

1. *Communiter Doctores, Courtrui. ad reg. possessor. de reg.*
*Ciuria ix. 6. p. 5. 1. Mol. tract. 2. dñs. 4. cap. 64. Celsius lib. 2.
cap. 6. dub. 2. n. 8. Layman. lib. 3. sum. s. l. 5. tract. 1. cap. 8. n. 12.
Eman. S. a. verbo præscriptio. n. 1. et ibi Summittas Sylvestri. Angl.
Taberna. sententia ad præscribendum titulum necessarium esse.
Vt manifestè constat ex cap. si diligensi de præscriptionib. leg.
Celsus ff. de v. ucap. imponib.*

2. *Titulus autem est causa ex se habilis ad transferendum do-
minium. Vt est donatio, hereditas, legatum, emprio, vendi-
tatio, transactio, adjudicatio. Etenim si res aliena tibi donatur
à persona alias potente, vñcapere potes ex custo donationis. leg.
1. & 2. ff. pro donato. Idem est si titulus hereditatis eam acci-
pias, modo defunctus non sit in mala fide. S. dictum in iust. de
vñcapionib. leg. vlt. Cod. communis de vñcapionibus. Deinde
si titulus legati. leg. 4. ff. pro legato; & à fortiori si can. accipias
titulus empionis, venditionis, transactiōnēs, aliorūque similiūm.
Vt constat ex leg. 2. ff. pro empore leg. ex causa Cod. de vñcapio-
nib. pro emp. vel transact. Item si tibi per sententiam ad-
judicatur, aut ex lego, uti vñcapientur derelicta vel quæ nullius
sunt. Denique si rem illam probabilitate exigitur ad te pertinere,
vel quia credis tibi esse legatum, aut ut te empatio, cum tamen
legata, nec empta sit, vel quia mutuus inter tua bona; qui titulus
appellatur in iure pro suo. Vt constat ex leg. 1. & leg. ff. pro iuso.
Hi sunt regulariter tituli ex se habiles ad transferendum domi-
num. De quibus titulis late agitur. lib. 4. Digestorum & lib. 7.
Codicis.*

Ad vñcapionem igitur nullus ex his titulis qui validus fit re-
quisitur. Nam simul cum traditione transferit dominium, sed pro-
babilitate præsumptus, etenim cum præscriptio eff. non possit
absoque bona fide, vt S. sequenti dicimus, hæc autem confitetur
non possit absoque titulo, vñcapere illius fundamento, non enim cre-
dere potes ius habere possidendi nisi credas te habere titulum, ex
quo hoc ius oritur. Inferatur sane titulum præscriptione necessarium
eff. non recumbeat sed probabilitate a præscriptore præsumptum.

3. *Venimus Andreas Fachinus. lib. 8. contraria. iuri. c. 3. r. fe-
reas Batt. Angel. & Immolan. in leg. 2. ff. sub conditione & ff.
de vñcapionib. Vaz. quium. controver. illas. ff. lib. 2. cap. 9. affert titu-
lum necessarium esse, sufficere tamen ignoratum: quia potius
substantia rei quam possessor opinio spectanda est. Cui opinio-
ni non leuita fuerit. Lex 2. ff. si sub conditione & ff. de condi-
tionib. ibi enim inquit Paulus Iuris contractus. Si sub conditione empio
fata sit pendente conditio, empio, non v. accept. Idemque
est uti puer conditione exigitur, que nondum exigit, similis
est enim ei qui putat se emisse. Contra si exigit, & ignorat, po-
test dici secundum Sabinius (qui potius substantiam invenit
quam opinionem) vñcapere eam. Est tamen nonnulla diuersitas,
quod ibi cum rem putat alienum quia fit venditoris, affectionem
emporis habeat: at cum nondum putat conditionem exigitur,
quia nondum putat sibi emisse. Quod apertus queri potest. Si
cum defunctus emisit, hereditas eius tradatur qui neciat defun-
ctum emisse, sed ex alia causa sibi traxi, an vñcapio certus? Sed
mihil cum vñcapere possit videtur. Ecce qualiter Iuris contractus
confit vñcapere posse cum qui sibi possessoris titulum ignorat,
siquidem is qui sub conditione emerat, & ignorabat conditionem
exigitur, quia potius est ei qui ignorabat se emisse, & heres qui
ignorabat defunctum emisse, vñcapere possunt: quia, vt inquit
Sabinius, potius spectanda est substantia rei, quam opinio posses-
sionis.*

Sed ijs Textibus respondere debes procedere in foro externo, in
quo stante titulo ad vñcapendum non obicit illius ignorancia,
qua non præfigitur. Præterquam quod non videtur necessaria
ad bonam fidem (civitatem tituli) in particulari, si in genere agnos-
cas suffici posse causam habere. Addi iuri Civili, vt vide-
bimus, non est requisita bona fides ad præscriptionem, quid mihi
quod nec scientia tituli requiratur.

Temperant autem Courtrui. ad reg. possessor. 2. p. 5. Molina
Ferd. de Castro. de Luf. & 141.

Lessius, Layman. locis allegatis, vt procedat in præscriptione de-
cem, vel viginti annorum, in hac enim præscriptione affirmanti
titulum necessarium esse. Secus vero in præscriptione immemoria-
li, tamen si adversus præscribentem addit' iuri præsumptio. Item
que in præscriptione centenaria, nisi præsumptio iuri præscribenti
noceat.

Ceterum in hac re distinguendum est: aliud enim est adesse ti-
tulum qui legiūm præsumuntur, aliud est nullum adesse titulum;
præsumi tamen adesse. Et quidem ad præscriptionem decem, &
viginti annorum necessarium titulus adesse debet, nam illo ex sola
præsumptione tituli fides bona confidere possit, non tamen con-
stitutio præscriptio ex ea bona fide, titulus deficient: at ad præ-
scriptionem 30. vel 40. annorum, & à fortiori ad præscriptionem
centenaria, & immemoriale nullus titulus requiritur est, benē
tamen illius præsumptio; quia absoque illius præsumptione, bona
fides stare non potest, quia in omni præcepto one necessaria est.

Huic tamen conclusione videatur obstat. Courtrui. ad reg.
possessor. 2. p. 5. 1. & 8. quatenus asserti bonam fidem confidere
posse absoque titulo. Quod probat primo. Qui rem possedit tri-
guina, vel quadrangula annis, cui possidet. Secundo possidens rem ex titulo aliquo in-
valido potest habere bonam fidem ex qua præscribere possit, sed
tunc non præscribit ex titulo. Ergo titulus ad præscriptionem ne-
cessarium non est. Tertio emens rem ab eo qui bona fide incepit
possidere, non præscribit ex titulo emptoris, sed præscriptionem
ab alio ceptam proficitur. Ergo ita potest præscriptio & bo-
na fides absoque titulo. Quartu' vbi quis rem aliquam possidet
creans sibi donatam, aut legatam esse, cum tamen nec donata,
nec legata sit, bona fides habet præscriptioni sufficientem quia
titulum habeat. Ergo &c. Quinto si quis rem possidet exigitur
mans (quia id sibi a fide dignis dictum est) esse propriam parentum,
quibus iure hereditario succedit, cum tamen vere non sit,
habet bonam fidem absoque titulo. Ergo bona fides stare optimè
potest absoque titulo.

Verum si hæc argumenta nobiscum non pugnant. Ad primum
respondere completa vñcapione per 30. vel 40. annos nihil refer-
re, an memor, vel immemor sit titulus ex quo rem possedit, quia
ea continuare possidet bona fide facta sibi tunc um iuridicum
concedit. Titulus autem ad inducendam præscriptiōnem requiri-
tur, non potest præscriptione inducātur. Præterquam quod in
præscriptione triginta, vel quadrangula annorum titulus non est
necessarius, sed latius est si adit' tituli præsumptio. Ad secundum
concedo te bona fides habere posse stante titulo aliquo inua-
lido, eo quod validum est præsumit quia non solum ex bona fide
sed ex titulo præscribit. Ad tertium admitto si emens non
præscribit ex titulo emptoris, sed præscriptionem ab alio co-
piam continuare, nego tamen absoque titulo qui præsumit
adfinire in venditore præscriptionem inchoante. Ad quartum &
quintum concedo bona fides stare optimè posse absoque titulo
vero, sed non absoque titulo probabilitate præsumptio valido, vel
absoque titulo præsumptione. Quocirca dicimus ad præscriptio-
nem qui viginti, vel triginta annis completer titulum necessarium
eff. non recumbeat validum. At ad præscriptionem, que possidet
triginta, vel quadrangula annorum inducitur, præsumptionem
probabilem tituli sufficiere, tamen si titulus non adit.

Porro in foro externo Andreas Fachini relati Innocencio, &
Baldo in cap. per tuas de Testibus. Immola in cap. vlt. n. 20. de
præscriptionib. Felino in cap. si diligenti. n. 4. codem vlt. Ruino.
cons. 4. n. 29. lib. 1. negat bonam fidem præsumi posse vbi titu-
lus non adit. Dicunt ex leg. vlt. Cod. unde vi. ibi. Omnes civi-
tates debent quod sum et id a' alios in multis omnibus pertinera. Deinde
de quod ad præscriptionem bona fides necessaria est. cap. vlt. de
præscriptionib. Ergo afferens te bona fides in præscribendo ha-
bitus probate debet: afferent namque incumbit probatio non
neganti. leg. afferatur. Cod. de non numerata. pecunia. & leg. 2.
ff. de frōnis. nūbus. Atque vt hanc probationem prestat, titulum
offendere debet, titulus ad bonam fides necessarius est.

Dicendum tamen est pro præscriptione quæ decem, vel viginti
annis completer, nec bona fides præsumit absoque titulo, nec
præscriptionem inducat. censeri. Secus vero in præscriptione
qua triginta, vel quadrangula, aut centenaria vñcapiore
constitutur, & à fortiori in præscriptione immemoriali. Et
enim præscriptio longi temporis ex iure dispositione titulum
requiri. leg. Celsus. leg. n. 10. Cod. de rei vindicat. vbi Batt.
& Doctores. & cap. placuit. § postill. 15. q. 3. neque in hac parte
vñlum discernit est in eius Canonicum, & Civile, vt adnotavit
Courtrui. i varia. cap. 17. num. 7. at in præscriptione longissimi
temporis & immemoriali, nullus titulus neque iure Canonicis,
neq; Civili exigitur, sed sufficit bona fides, quia præscribers credit
se titulum habere, & cauam ad possidendum, tamen non ha-
bet. Vt constat ex leg. Omnes Cod. de præscript. 30. annorum
cap. placuit. §. postill. 16. q. 3. & tradunt Doctores in capite
ff. diligensi cap. sanctorum de præscriptione. Ergo in præscriptione

longi temporis presumi non potest fides absque titulo, cum nec praescriptio absque titulo presumi, aut stare possit. Secundus vero est de praescriptione longissimi temporis, in qua sicut non requiritur titulus, sed absque illo confitetur potest, sic absque illo bona fides presumi debet. Arque ita tradidit Baldus. ad leg. Celsi s. ff. de usucacionib. in 3. p. n. 9. Menoch. de pr. iur. lib. 3. tr. 3. cap. 30. n. 7. Mafcard. de probat. volum. 1. conclus. 224. n. 3. Contraua. ad reg. possif. 2. p. § 8. n. 1. Vazquez. conuers. titul. lib. 2. cap. 79. n. 5. & cap. 81. n. 8. Neque obstat argumentum contraria. Nam lex ultima loquitur de eo qui rem possit cognoscere esse alienam, quod stare non potest cum praescriptione, quippe praescrivens credere debet rem a se possitiam propriam esse. Ad secundum, nego ad bonam fidem titulum necessarium esse, solum enim est necessarium praesumere titulum adesse, tamen non adit.

Hinc infero malam fidem presumptum ex eo, quod qui propriaria autoritate rem vacante occupauerit leg. vii. Cod. v. de vi purgari possit. etiamnam annorum teste Contraua. plures reference ad reg. possif. 2. p. § 8. n. 8. quia ea continuata possit bonam fidem facie praesumere, maximè cum titulus ad prescribendum non requiratur.

Secundò infero in his praescriptionibus, que ultra bonam fidem, & continuata possit, requirunt titulum non sufficienter probari probata possit per totum illud tempus. Tum quia titulus non praeiunitur nisi probetur. leg. nullo. C. d. de ret. vindict. leg. Austin. Cod. de prescrip. longi temporis. & leg. Celsi s. ff. de usucacionib. Tum quia illarum praescriptionum titulus est fundamen, & causa, ac cuiuslibet incumbit probatio illius quod sua intentionis fuerit causa, & fundamen.

III. Tertiò infero tamquam in praescriptione immemoriali, & centenaria, & regulariter in praescriptione 30. vel 40. annorum titulus non requiri, ideoque probatio illius praescriventi necessaria non fit, attamen si confitetur praescriventi ex titulo vitio praescriptione incipiisse, eo ipso corrigit praescriptio. Nam haec confitetur nequit abesse bona fide. cap. vigilanti. & cap. vlt. de praescriptionib. bona autem fides presumi non potest flante titulo vitio. Vt pluribus relatibus docuit Mafcard. de probat. volum. 1. conclus. 371. n. 38. & seq. Andri. Fachim. lib. 2. conuers. cap. 33. idemque Mol. alij relat. lib. 2. de primogen. cap. 6. n. 70. prudenter monet in his praescriptionibus titulum exhibendum non esse, nisi forte eius conditionis sit, ut causam aliam dubiam & difficultem, faciem, & certam reddat; nam cum ex praescriptione eo tempore continuata praesumantur interuenient omnia requista, non est cur in dubium exhibitione tituli reuocentur.

S. V I.

Declaratur tertia condicio requisita ad praescriptio-
nem, quae est bona fides.

1. Bona fides omni praescriptio necessaria est.
2. Aliqui temperanza procedat in praescriptione immemoriali, sed non admittitur.
3. Neque item admittitur, ut non procedatur in actionibus, & obligationibus.
4. Explicari qualiter in actionibus, & obligationibus bona fide requiratur?
5. Qualiter servutus rusticus praescribere possit?
6. Bona fides tam in foro Casario, quam Ecclesiastico requiri est.

Bona fides, hoc est bona conscientia omni praescriptio in-
ducendae necessaria est, ut constat ex reg. possif. de Regul.
lariis. lib. 6. & ex cap. vi. de prescrip. vbi Innocent. III. inquit.
Quoniam quod non est ex fide id est quod non est secundum
conscientiam, & rationis dictum iuxta illud ad Rom. 14.) pec-
catum est, Synodali iudicio definitum, ut nulla volunt abesse
bona fide praescriptio, cum generaliter est omni constitutioni, at-
que coniuncti derogandum, qua absque peccato mortali non
potest observari: inde eportet ut is qui praescribit in nulla tem-
poris parte rei habeat conscientiam alienam. Ex quibus verbis li-
quido constat neminem praescribere posse rem alienam, quam
alienam esse cognoscit, quia contra conscientiam retinet. Ut deci-
diuit. leg. vi. Ced. Vnde eti. ibi. Omnes enim scire debent quod
suum non est id ad alios modis omnibus pertinet.

Aliqui est quorum numero est Salicet. ad leg. 2. Cod. de ferni-
tibus. Iafon. lib. 2. conf. 209. Bald. conf. 352. num. 3. lib. 1. Dicimus.
ad leg. tradit. in omnibus. sum. 12. Codice Paetis. & ioss. 496. num.
5. & conf. 639. n. 4. Boerius. decu. 19. num. 7. Practicam con-
clusionem limitant, ne procedat in praescriptione immemoriali,
qua haec praescriptio vim habet tituli priuilegii iuris constituti,
legis, & veritatis; ideoque aduersus illam non admittitur preba-
tio, quia est presumptio iuris, & de iure. Non igitur requiri bo-
na fides. Sed haec refractio nullatenus admittenda est, sicuti
neque eam admittunt Goffa. in cap. i. verbo, nisi de praescriptio-
nib. lib. 6. Abbas. cap. vi. de praescriptioib. Contraua. ad reg. possif.

2. p. § 8. n. 4. Andreas. Fachim. lib. 8. conuers. cap. 16. & ali-
apud ipsos. Etenim quo longiori tempore mala fide possit
rem alienam detinere, et grauius peccat, ut ob peccatum commi-
sum in detentione rei alienae statuit Pontifex in cap. vlt. de pre-
scriptionib. ne detentor praescribat. Ergo eius decifio efficacius
in praescriptione immemoriali cum mala fide procedit. Negat
obstet haec praescriptio vim tituli iuris, & prouilegii habere,
quia id intelligendam est, cum ex bona fide procedat, alias lex pze-
scriptionis, rapax, & iniquitati fauere.

Secundo temporat Holtzien in sum. de praescriptionib. tit. quae
res praescripti possunt. colum. 1. Bart. in leg. signatur. si viam. §.
de usucacionib. vt bona fides requiratur in praescriptione rem
secunda in praescriptione actionum, & obligationum. Dicuntur quae
Textus iuris Canonici bonam fidem in praescriptionis exigentes,
loquuntur tantum de praescriptione rerum, non de praescrip-
tione actionum, cap. fib. de praescriptioib. ibi. Operis in nulla
temporis parte rei conscientiam habeat, & cap. possif. de Regul.
iuris. in 6. neque refractio admittenda est, ut pluribus computet
Contraua. ad reg. possif. 2. p. §. 11. Andreas Fachim. lib. 1.
conuers. cap. 6. Molina. disp. 66. Lessius. lib. 2. cap. 6. art. 4.
Paul. Layman. lib. 3. sum. sec. 5. tral. 1. cap. 8. n. 12. Et in mala
praescriptio cum mala fide, que peccatum sit concedenda est.
Tum quia regula iuris, Possessor mala fide, de qualibet praescrip-
tione loquitur. Tum quia ratio, quia Pontificis mons est in cap.
fin. de prescriptio, ad derogandas leges permetit praescrip-
tionem cum mala fide, que procedit in praescriptione actionum,
& obligationum; ac in praescriptione rerum, cum in his omnes
peccatum sit, si cam mala conscientia possidantur.

Vero ut hac liquidò contente distinguitur et cum Paulo
Layman. lib. 8. sum. sec. 5. tral. 1. cap. 8. n. 12. duplex gressus
actionum, & obligationum, aliae quae sunt natura tendent ad
agendum, vel non agendum; aliae quae sunt natura tendent ad
sufficiendum, seu patendum. Exempla prioris genere sunt primo
obligatio solvendi debitum ob futurum communis, ob munus
acceptum alienum contractum in initio; in his cum quantum
creditor negligens sit in recuperando ipso propria, exigendos
debitum; tu praescrivere nequis, sciens debitum esse; si quia
numquam retinet rem ve propriam, sed semper ut debet, tamen
hoc vel illi tempore ob absentem creditoris, aliae causas a
debiti solutione exculerit, ut docuerunt Lessius. Molina. Layman.
locis allegatis. Neque his obest regia constitutio. 9. tit. 1. lib.
4. noua collectio, quia famulis, aut certos venditoris, &
officialibus denegatur, ne triennio transacto metet, & perca
rerum venditarii petere possint, quia haec constituto ad evita-
das fraudes famulorum, aliorumque officialium, ne iniqua lo-
luntur iterum solvi petant lata est, eaque de causa non concedit
debiti. bus debitorum praescriptio, sed solum exemptionem,
ne per iudicem solvere compellantur. Quoniam neque hanc
exemptionem integrè concedit, sed solum dum dilatet, &
manifesta probatio que difficit, est in contrario non efficit,
vel nisi creditores habeat vel int. debitorum iure mento ad quod pze-
fundandu optime compelli possunt. Si Contraua. ad reg. possif.
2. p. §. 11. sum. 4. Molina. disp. 67. art. 2. & 3.

Alterum exemplum est obligatio quam habes abstinenti ab
electio offici, beneficij ad quod praestandum nullum habes
iuris. Item a patre, a venatione, & pescatione in prado alieno, a
transit per eius terminum, ad aliudce alius tollendo, a festa
in eius horum aperienda, & similibus; in his enim praescrivere
non potest exemptionem ab obligatione, dum obligatio festi-
tiam habes. Nam itante haec scientia inique eliges, patres,
aliasque actiones praestares; at per actiones inique factas praefi-
prio comparari non potest. Ergo itante mala fide non potest
est in his actionibus praescriptio. Atque ita docuit Contraua.
disco. §. 11. n. 4. Molina. disp. 66. conclus. 3. & 4. Lessius. lib.
2. cap. 6. dub. 6. n. m. 21. Layman. lib. 3. sum. sec. 5. tral. 1. cap.
8. n. 12. & habetur leg. h. c. a. n. m. f. de termino ut. vienam
dier. iuncta leg. sequenti. §. si viam. ff. de usucacionib.
Sylvestri verbo, Praescriptio. Medina. Cod. de rebus. 17. §. de
prae. script. Contraua. de reg. possif. 2. p. §. 11. num. 5. & 11.
decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 16. Mol. tract. 2. de inf. disp. 66.
conclus. 1. & 5. Lessius. lib. 2. cap. 6. dub. 6. Layman. lib. 3. sum.
sec. 5. tral. 1. cap. 8. n. 12. & alij. Exemplis doctrina erit manifesta
enim res bona fisco, vel alicui terro in pecunia delicti committi
addicta finis sic vel alius terro negligeatur in eorum
actione eo tempore quod necessarium est ad praefabundans re
dubio exemptione ab ea exactione, & pena per legem impedita
prae. scriptibus, timet scias, & exactioni, & penae fabiunt
esse; quia bona fide praescriptis, virpore qui remere bona petet
dum bona exiguntur. Sic Medina. Contraua. Molina. Lessius.

de aliis locis citatis. Ab hac tamen regula excipiunt bona heretici, cuius heredes, alii successores praescibere possunt spacio quadragesinta annorum, dummodo ignorauerint esse bona heretici. Secus vero si id cognoverint: nam itante hac scientia nulla datur praesciptio ex capitulo suo §. penalis de hereticis, lib. 6. *Capit. de prescriptis lib. 6.* & notauit Couarrua, 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 16. Mol. dicta disp. 6. conclus. 1. Ob candomem causam bona, quae ob non solitum vestigium filio addita fuit, quinque annos praescribitur, leg. 2. *Capit. de vestig. & cimmiss. & plures aliae parte de quibus mentio fit. inst. de perpetuis, & temporali. actiones.* Spacio anni praescribitur, tametq; interim praescibens sciat debitas esse, si petatur, quia simul conatus est eas regnare posse dum non exigitur. Item heres aduersus legatum secundum probabilitatem sententiam de qua latet Couarrua, lib. 1. varior. cap. 9. num. 5. praescibere potest, si intra triginta annos legatum non petierit, quia heres non obligatur legatum offere, nisi a legatario petitus sit, at legatario non petente heres bona fide praescribit.

eriam docuit Panormit. cap. cum nobis n. 12. de prescriptionib.
Decius Conf. 503. col. Andreas Fathineus. lib. 13. cap. 81. Molina.
tract. 2. disp. 4. conclus. 2. Lefsius lib. 2. cap. 6. dub. 12. n. 41. &
habitur legem temporis Cod. de praescripti. 30. annos. Etenim cum
subditus praescribere debeant iuxta leges a suo Princeps latas, veri-
simile non est, immo nec ratione conformatum leges aliquas a
Princeps constitutis quibus subditus a recognitione iure supreme
potestari eximantur. Vnde non mihi probatur sententia Couar-
traru. ad reg. professor. 2. p. §. 2. num. 8. & Lefsius lib. 2. cap. 6. dub.
14. numer. 14. afferentum subditum praescribere aduersus suum
principem posse, exemptione a sua obediencia, & iurisdictione;
sicut videtur plures principes praescriptiis exemptione a
iurisdictione temporali. Nam ut recte inquit Mol. dicta d' spars.
74. conclus. 3. praetereo subditorum omnem suam vim habet
ex voluntate sui Princeps, neque ad alia extendi potest
quam ab ipso fuerit constitutum. Non enim subditus alii le-
gitibus quam sui Princeps reguntur; at ut super dixi verisimile
non est vele Princeps iure prescriptionis aliquem a sua iuris-
dictione eximi. Ergo hanc exemptionem praescribere nullatenus
potest. Confitio: ipse Couartrau. & Lefsius ex communis leni-
tia afferunt praescribi non posse exemptionem a solvendis tributis
quaes in signum subiectiois supremae potestari debentur, at si
subditus exemptionem a iurisdictione Princeps praescribere
posset & illam exemptionem a solvendis tributis praescriberet,
siquidem subiectio, iam non obligatur se Superiori subiectore,
& solutione tributorum eius supremam potestati
recognoscere. Item ipse Lefsius, Couartrau. & alii recte neg-
ant posse praescribi a subditis immunitatem ab obediencia
Principis, vel ab eius correctione, vel ut ad eum non possit ap-
pellari; at praescripta plena exemptione ab eius dictione,
consequenter praescribunt immunitas ab eius obediencia. Ergo
affectionum est praescribit non posse exemptionem a iurisdictione
one. Negat credendum est Principes qui alioquin fuerunt sub-
ditus Romano Imperio, exemptionem a iurisdictione via
prescriptionis obtinuisse, sed ratione contraetus aut alia. For-
te haec rationes se Couartrau. obvulerunt, ideoque dixit non posse
subditus si ut tam propter auctoritate praescribere aduersus suum
principem exemptionem a solvendis tributis, in recognitionem
supremaz potestatis impositis, bene tamen praescribere exemptionem
ab eius subiectio, quia in hac prescriptione non se subditus
proficit. Sed adhuc nostra conclusio, eisque fundamen-
tum firmum esse debet, nam quantumcumque ipse subditus se ut
liberum proficit, si tamen subditus est praescribere debet iux-
ta sui principis leges, que non sunt credenda exemptionem a
iurisdictione, via prescriptionis concedere, vptore que Principi
maxima preuidetur.

Potes tamen via praescriptionis obtinere immunitatem a
solvendis tributis, alii que indicetibus communibus in subdito
belli imminentis, vel necessariis Princeps sublenanda, etiam
mancas aliquo plebeis, quia nihil est quod praedicta praescriptione
obstet. Sicut aliis relatis docuit Couartrau. d. §. num. 8.
Lefsius. dub. 12. num. 41. Et quamvis Alexand. conf. 136. num.
19. lib. 2. Curius Junior. conf. 60. colum. penult. Anton. Ru-
beus. conf. 21. col. 2. Sentiant ad praescriptionem opus esse quod
praescribens interpellari, & interpellationi refutat. Argum.
leg. cum seimus & ibi Bart. Cod. de agriculti. & cunctis lib. 11.
Ait itanum rectius Aymon Sarellum. conf. 111. & de antiquis.
tempor. 4. p. cap. circa primiss. num. 63. & 38. Quem refer, &
videatur sequi Couartrau. §. 2. num. 8. negat hanc interpellationem,
& contradictionem necessariam esse, sed ex eo tantum
quod indicent tributum non solerent, praescriptionem perficiet.
Nam cum exemptione ab his tributis in carenca solutionis con-
sistat, nullam ex parte praescribentes contradictionem require,
vt saperius probatum est in seruitutis negatu. Neque contra-
rium probat lex cum seimus: nam ut praetitai Doctores do-
cent ibi sermo est de praescribenda seruitute, quia in vnum deduci potest. Tempus vero de praescribendam harum prae-
scriptionum exemptionem, sive sint praescriptiones indirecte a Princepe,
sive a republica, quadriennium necessarium est cum titulo, &
sufficit, & immemoriale absque titulo, vt ex Alexand. Immola &
Iafone traxit Couartrau. surn. In regno tamen Castellae ex sen-
tentia Gregor. Lopez. leg. b. tis. 2. par. 3. nemo videatur praedita
tributa praescribere posse, etiam tempus immemoriale allegat,
siquidem ea in lege hac praescriptio comparatur praescriptioni re-
rum sacrarum & hominis liberi, que nullo vnguam tempore
praescribuntur.

Quod si sermo sit de tributis, seu annuis præstationibus que
Marchiones, Comites, Dukes, aliquae nobes suis vasallis
imponunt, eti plures censeant allegato titulo, decennio praescri-
bi absque titulo tricennio, longe verius est immemoriale tempus
absque titulo requiri, & quadriennium cum titulo. Etenim
quovis aduersus praescribentem adeat iuris presumptio quadra-
genarium cum titulo, & immemoriale absque titulo neces-
sarium est. Ut probat Textus in cap. 1. de praescript. lib. 6. At
aduersus Dominos suis vasallis has annuis præstations indi-
cantes, est iuris presumptio quod per extorsionem, & vio-
lentiam extorciuntur. leg. vlt. §. si inst. ff. quod meus causa. Ergo

quadriennium cum titulo vel immemoriale requiri est, &
pluribus sumat Couartrau. ad reg. professor. 2. p. §. 4. numer. 5. Mol-
na. disp. 75. circa fin. contentique lex regia. 7. iii. 15. lib. 4. nos
collect.

Tertiam speciem constitui Couartrau. dicto §. 2. n. 8. ostendit
qua Princeps ratione sua superem dignitatis referuntur, in qua
specie alia sunt que Princeps nunquam communicat, ut leges
condere rotum regnum obligantes, monetari nomine pri-
prio cedere, ad ipsum ultimo appellare, procedere in causa appelle-
tatione remora, recuocare sententiam que in rem indicatam trans-
fuerit. Alia sunt que aliquando eti raro Princeps concedit mi-
nimorum imponere tributa, instituere tabulationes de novo, re-
nam ex auctoribus minoribus concedere, legitimare illegitos, re-
stituire infami suam famam & statum primitum, remitte-
re personam delicti cum non est pars lesa, malefactores vni-
supplicio punire. Princeps generis bona nunquam praescribuntur,
qua non est verisimile Princeps velle praescriptione acquiri
qua ipse vlo vnguam privilegio concedit: vt recte ob-
notauit Molna. disput. 75. vers. 1. aqua. At bona pollo-
rioris genesis praescribi possunt, siquidem a Princeps habu-
nt aliquando communicantur. Ut deciditur. cap. super quibus
§. praescripta de Verbor. significat & probat. Couartrau. ad reg. pro-
fessor. 2. p. §. 2. num. 8. & §. 3. à principio. Lefsius lib. 2. cap. 6. dub.
12. numer. 41. Fathineus. lib. 13. cap. 81. Molna. loco citato.
Tempus autem huic praescriptioni necessarium existimat. Molna
esse centum annorum cum titulo argum. leg. vlt. Colle. de San-
ctis Ecclesiis. vbi aduersus ciuitates non datur praescriptio
minor tempore quam centum annorum cum titulo & im-
memoriale absque titulo. Ergo a fortiori idem tempus necessarium
erit in praescriptione aduersus Princeps, regnum coronam.
Sed verius est quadriennium cum titulo sufficere. Vt quoque
alii relatis Couartrau. & Lefsius. supr. 1. de praescript. lib. 6. &
ex legat. rig. 1. tit. 10. lib. 5. noua collig. Neque obstat in praescriptio
aduersus ciuitates, centenarium cum titulo requiri.
Tum quia ea fuit decimo specialis que non debet excedi ad
ea que Princeps competunt. Tum & praeceps quia privilegium
illud ciuitatibus concessum non est pro quibuscumque bonis, sed
pro bonis que ex hereditate, legato, donato, fideicomisso,
empio competunt. Vt bene aduersus Lefsius dicta
dubitata. 12. circa finis. Quando vero titulus non adit,
immemoriale tempus necessarium est: quippe ius commis-
his praescriptionibus resolutus, & praesumit mala fide introducita
esse.

Quarto enumerat bona qua ad Regem, Regnum coronam
spectant; qualia sunt prata paucorum, salutis ferarum, viaria,
predia rustica, & urbana &c. Haec enim quia a Rege quandoque
conceduntur aduersus eum possunt praescribi. Sed quod tempus
necessarium sit huic praescriptio. Variani Doctores. Nam
Nicolaus Boecius. ques. 264. numer. 25. afferunt quadra-
genarium cum titulo sufficere, co quod lex vlt. Cod. de arre-
ctu Ecclesi. requirent centenarium praescriptionem in us
que ciuitatis, Monasteriorum, Ecclesiis, alii que loci p[ro]p[ri]e competunt,
ex hereditate, legato, donato, fideicomisso, aut empio re-
stricta fuit ad tempus quadriennium per ambientes parochias
Cod. de sacra[n]tis Ecclesi. Verum ut recte Couartrau.
ad reg. professor. 2. p. §. 2. numer. 8. & 9. Mol. disput. 74. conclus.
4. Lefsius cap. 9. dubitat. 12. aduersus Aurb. quia aliis lo-
cum restrinxit praescriptionem aduersus Ecclesi, Monasteria,
Hospitalia, aliaque loci p[ro]p[ri]e, non auctem aduersus ciuitates. Quare
lex ultima ea parte quia ciuitates spectat, incorpore permanet,
ut intuentur eti manifestum. Quo posito si bona praescribenda
principi cuiusque corona competit ex hereditate, legato, do-
nato, fideicomisso, aut empio centenarium tempus cum
titulo necessarium est ad illorum praescriptionem, eo quod hoc
tempus pro praescribendis praedictis bonis aduersus ciuitates re-
quiritur. Ergo a fortiori pro praescribendis aduersus regis coro-
nam requirendum est. Secundus vero si principi, cuique corona ex
alio capite competunt.

Quinto refert que Princeps competunt quā persona prout
est, & in his nullo privilegio speciali gaudeat Princeps, sed tempus
quod sufficiens est ut aduersus quemlibet priuatum praescribatur
aduersus Princeps sufficit. Ut tradit Bald. leg. 2. Cate-
chismus de u[er]a sapientia Couartrau. ad reg. professor. 2. p. §. 1.
in fine Mol. disput. 74. conclus. 5. Lefsius lib. 2. cap. 6. dub. 12. num. 41.
in fine.

§. XV.

Quae res praescribi non possunt?

- 1 Expenduntur aliqua in quibus se nulla est diffundit.
- 2 Proponitur qua[si]o, an alieni arti prohibita praescribi possit.
- 3 Resolutus praescribi non posse.
- 4 Aduersus eos qui agere possunt tend potest currere praescriptio.
- 5 Praescriptio immemoriali optime valent praescribili.
- 6 Praescriptio introduci potest feudum. Maj. 1. n. 2.

Non est sermo de his que tempore ex lino decennio, & vicenio non praescribuntur, sed inde tempore longissimo ad sui praescriptionem. Nam licet haec in iure censetur non posse praescribi, id de praescriptione ordinaria intelligitur, non autem de praescriptione extraordinaria. Sed sermo est de iis que nulla praescriptione acquiri possunt. In quotum numero computanda primò est hominis libertas qua ut dictum supra est nullo tempore potest praescribi leg. Cod. de longi temporis praescript. pro l. veritate. §. sed antiqua insit. de usucacionib. leg. regia. 6. tit. 29. par. 3. Secundò ea que principi competunt in recognitionem supremam potestatis praescribi nequeunt. leg. competit. Cod. de praescript. 30. annos. & habent superaddita leg. regia. 6. Tertio nequecum subditus aduersus suum Prelatum, & Episcopum se defendere ne videntur, ne illi solam procurationem debitam cum videntur. cap. cum in officio de praescriptionib. cap. cum instantia de Censibus. Optime tamen potest alius aduersus dictum Prelatum praescribere, & ut eius subditus apud ipsum videntur, ipsique procurationem solvant, ut ex dico cap. cum ex officio. constat & notauit Molina. disp. 79. post princip. Quarto nulla ex Ecclesia tempore generali interdicti praescriberi potest vt Diuina officia celebret alta voce, & pulsat campanis &c. quia ea praescriptio est iniqua ipso que derogat rerum Ecclesiastice Disciplina, eaque de causa in cap. cum iner de confusione famili praeceptio, seu confundendo irritant. Quinto res publicæ ut eis publicis viibus depurata, ut sunt platea, forum, via, publica, pontes, exitus & similia nulli praescriptio neque in toto, neque in parte subducuntur, eo quod haec vpozit omnibus communia possideri à priuato nonneque: & habent. leg. usucacionem. ff. de usucacionib. leg. 1. §. finali. ff. de a. quirend. possess. & notauit ibi Glosfa. & Gregor. Lopez. leg. reg. 7. tit. 29. par. 3. Quod utrum est, tametip populus eis vi definit. leg. viam. ff. de vii publica. quia facit est quod eis vi posuit, & ad eum finem facinet designata. Sicut adiungit Molina. truct. 2. disp. 79. post princip. Sexto limites regnum, prouinciarum, diocesum, parochiarum si manifesti sint praescribi nequeunt, quia ea praescriptio vpozit causa confusione relictum. cap. inter memorias. 6. que. 3. 3. cap. super ius de parochi. s. Septimò praescriptio non subducuntur quia absque certis solemnitatibus alienati prohibentur. Ut sunt res Ecclesiæ, pupilli, & minoris, quia praefumuntur mala fide accepta. At si de bona fide possidentis constet, res Ecclesiæ quadagenaria cum titulo praescribentur, & ab quo titulo tempore immemoriali. Res vero pupilli durante pupillari etate nequaque praescribi possunt, ita ut durante pupillari etate nec praescriptio incipere potest, nec antecepta continari, sed totum illud tempus à praescriptione subtradendum est, ut nouo iure decidatur. leg. sicut in rem. ver. que ergo Cod. de praescript. 30. annos Author. nisi tricennale Cod. de bonis maternis. Aduersus tamen minores sola præceptio longissimi temporis admittitur, tametip titulus adit. Ut habeatur. leg. fin. Cod. in quibus causis in integrum restituiri necessaria non est. Et leg. 3. Cod. in quibus non obiciantur longi tempora praescriptio. Octauo que absoluti alienari prohibentur, ut sunt fundi doloris, res primogeniti vinculo alligatae feuda, fideicommissa, legata praescribi quidem possunt, si antequam haec onera subiuncta praescriptio accepta, quia ob supereminenti onere praescriptio non infirmatur. Vt de fundo dolori dicuntur leg. si fundam. ff. de fundo dolori. cuius decisionem extendunt communites Doctores. Panormit. cap. cum non licet. de praescript. n. 7. Anton Gomez. leg. 40. Tauri. n. 90. Molina. de primogen. lib. 4. cap. 10. n. 40. Molina. Iesuita truct. 2. disp. 79 post medium. Leffius. lib. 2. cap. 6. dub. 1. 5. ad reliqua omnia supradicta quorum alienatio interdicta est.

Affecta vero ea bona predicta onere nequaque praescribi possunt tempore ordinario, nemini decennio, vel vicenio etiam cum titulo, qui iustam alias præbetur praescribendi. Ut dicitur. leg. fin. §. sin. auctor. Cod. communia de legatis. ibi. Vt nec usucacio, nec longi temporis praescriptio contra legata rem, vel fideicommissarii precedat. Idque, habet verum, tametip res non à prohibito alienare, fed ab alio tertio bona fide accepta sit, quia nec bona fides alienantes, neque accipientis, impedire legis effectum potest. Sicut bene norarunt Gregor. Lopez. leg. 10. tit. 26. par. 4. ver. ist tertius casus. Anton Gomez. leg. 40. aut. 90. Molina. de primogen. lib. 4. cap. 10. numer. 1. Molina. sicut in disp. 79. post medium, & ali plures apud ipsos.

Quocirca difficultas grauissima est, An saltem tempore longissimo nimium tricennio, vel quadragesimo praescribi possit? Et ratio difficultatis est quia ex vi huius praescriptionis impeditur & possello omnibus illis qui fideicommissum, feudum, & majoratum habent debent, & quique in eo successuti sunt ex voluntate primi intituentis iuxta Texum in c. unico de gradib. successorum, cap. unico de natura success. feudi. cap. unico de feudo Marchia leg. unum ex familia. §. 1. delegat. 2. leg. prouincia. §. familia. ff. de verbis. significat. & alios. At predictis praedicatur non potest hac praescriptio; Tum quia ipsi vpozit majoratum, feudum, aut fideicommissum non possidentes apud ipsos.

agere non possunt, at agere non valentibus praescriptio non currit. leg. 1. Cod. de annis excepti. subiungit, nisi tricennalis Cod. de bonis maternis. Ergo pro fideicommisso, feudo, & maio: atu praescribendo in prædictum corum, qui vocati sunt stare non potest praescriptio. Adeo prohibita alienatione, prohibita censetur praescriptio, quæ est quedam legalis alienatio.

Hanc tamen rationem Courtruu ad reg. professor. 3. p. §. post. 3. conclus. constat est dissoltere dicens ex prohibitione alienationis folium inferni prohibitum esse praescriptiōnē ordinariā, de qua in leg. v. §. sin. auctor. Cod. communia de legatis. non tamē praescriptiōnē extraordinariā 30. vel 40. annorum, siue ita non est prohibita alienatio extraordinaria, quæ ex beneficio Principis fieri posset. Quod vero successores feudi, maioratus, & fideicommissi succedant ex iure habito a primo institutore, neque possint praescriptiōnē contradicere, non obstat (inquit) quod aduersus eos praescribi non possit: nam concessa praescriptiōne aduersus possidentem, eo ipso concessa censetur aduersus successores, quippe successores usi habent possidendi praeditam rem, eis quo ab antecessore beneficio, & autoritate legis, euicta non sit, scilicet eodem iure priuarentur, si sicut est addicta. Quapropter Courtruu in eam sententiam maxime propenderet, quæ afferit praescriptiōnē fideicommissi, feudi, & maioratus in prædictum successorum dari posse.

Nihilominus praescribi non posse feendum, maioratum, fideicommissum in prædictum corum qui vocati sunt, praescriptio nequamecumque longissima, docuerunt ex communi sententia Gregor. Lopez. leg. 10. post medium. 11. 26. part. 4. Courtruu. ad reg. post filii 3. §. 3. conclus. 3. Andreas Fachin. lib. 7. controver. cap. 12. & lib. 1. 3. cap. 80. Anton. Gomez. leg. 40. Tauri. n. 90. Molina. de primogen. lib. 4. cap. 10. n. 3. & alii innumerati apud ipsos. Dux tripli fundamento, primo in his feudi, maioratus, fideicommissis non solum est prohibito alienationis inducta a lege, sed etiam ab ipso primo institutore; siquidem institutor maioratus, feudum, & designans personas quibus decursum debet, & modum quoad ipsas detinendum sit, tacite prohibetur & exclusit quamlibet aliam alienationem: at ex folio prohibitione a lege inducta excluditur praescriptio ordinaria. Ut decidit lex v. §. sin. auctor. Cod. communia de legatis. Ergo prohibitione addita, ut aliquid operetur praescriptiōnē extraordinariā excludere debet. Adeo si institutor maioratus, feudi, & fideicommissi, & feudi dominum concedit cuiilibet successori non absolue, sed pro eius vita, ita ut in eius institutione tot videantur adesse concessiones, quot fuerint personae succellere: quia omnes ex primo institutore non ex ultimo possessori rem possidendant acipiunt. Ut colligitur. ex leg. Cod. de legatis. eg. donationis. §. species ff. de donationib. & notauit Roderic. Suarez. in leg. quoniam. q. & f. 8. Cod. de ius. ius. et. etiam. Ergo ex praescriptiōne aduersus ultimum possessorum inferti nequit praescriptio aduersus sequentes, cum non sit cenlenda praescriptio in re absolute, sed quatenus possessori competit. Non enim praescriptio acquiri potest amplius quam quod vero titulo poterat concedi cum praescriptio loco tituli subrogetur. Vt tradit Bald. in leg. nullius. Cod. de rei vindicatis ac nec possessor, neque alius poterat feendum, fideicommissum, & maioratum alienare, natum feudi fideicommissi, & maioratus destruendo, ergo neque hac ratione praescriptiōbi possent. Tertio successori in feudo, maioratu, & fideicommisso nequerunt praescriptiōnē impedire viuenit possessor, aduersus quem praescriptio facta est, quia illis nondum maioratus cessit. At impedito agere praescriptio aduersus illeum currere non potest, quia tunc incipit curere praescriptio quando alio nata est. leg. sicut v. §. que ergo ibi ex quo iure impetrare cap. 1. & leg. cum nullius. §. quam ob rem. & §. illud. Cod. de praescript. 30. vel 40. annos. idem n. fin. §. sin. auctor. Cod. communia de legatis. dicitur de Fideicommissario, omnis licentia patet rem vindicare, & sibi assignare nullo obstaculo a determinib. opponendo. Si igitur ei nullum obstaculum opponi potest, neque etiam opponi potest praescriptio. Quod si dicas praescriptiōnē currere aduersus possidorem actualem directe, & indirecte aduersus futuros, nullumque est inconveniens quod aduersus non valentes agere praescriptio indirecte curat: obstat quia directe successoribus dicta praescriptio ladit, cum his illis quicquid sit a primo institutore, tam ne maioratus dissoletur, tum ut ipsi succedant. Tum quia ipsi nullum iur ex possessor, sed ex maioratus institutore obtineant.

Hac autem verius procedunt secundum leges Hispanie. leg. 7. tit. 4. par. 5. & leg. 41. tauri que habet. §. lex 8. tit. 7. lib. 5. noua collect. quibus cauter mortuo eo qui possiditionem ciuilium, & naturalem habebat, bonorum maioratus, & cedat voluntate non obstante quod alius viuente primo possidore, vel o defuncto

defuncto possessionem accepit, quia ea possessio non censetur ciuilis: ac proinde nec iustificans prescritionem, vt late, & eruditè probat Gregorius Lopez d'ila leg. 10. tit. 26 par. 4. Molina de primogen. lib. 4. cap. 10. num. 6. Molina Iustitia. disputa. 79. circa finem.

4 Notanter dixi non posse prescribi feudum, fideicommissum, & maiorum in prauidicum eorum qui vocati sunt, nisi ipsi valentes agere. Nam aduersus eos qui agere possunt optime currere potest prescritione. Ut eleganter probat Molina. lib. de primogen. cap. 10. n. 7 & colligetur manifeste ex leg. vlti. Cod. communia de legis. a contrario sensu. ibi cum vlti capitulo ordinaria aduersus legatarium, & fidei communiarum excluditur, tamen ergo approbat vlti capitulo extraordinaria, tamet Anton. Gomez. dicta leg. 40. numer. 90. in medio contrarium opinetur.

5 Quæ hucusque dicta sunt solum procedure de prescritione longi temporis & longissimi, non vero de prescritione memoriam hominum excedente: haec enim cum vita habeat tituli, & prescritionem inducat omnia requisita adesse quod ad dictam alienationem fuerint necessaria, nimirum non est quod valeat omnibus praedictare. Sicut tradidit Anton. Gomez. dicta leg. 40. n. 90. in fine. Molin. d. cap. 10. in fine. Molina Iustitia. d. disp. 79. post med. & alii passim.

6 E contra sermo esse potest de prescritione feudi, fideicommissi, maioratice introducendo. Neque dubium est hec onera introducta possunt posse inveniri. Tempus autem huius prescritioni necessarium, est Molina. trac. 2. disp. 75. vlti. aduersus vero existimat vicennium, vel tricennium titulo sufficiere verius est quadragenarium cum titulo, vel immemorabile absque titulo requisitum esse. Vt docerunt pluribus relatis Mol. de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 5. Gutierrez. præc. qq. 6. 2. n. 1. Lessius. lib. 2. cap. 6. disp. 1. n. num. 48.

§. XVII.

Qualiter prescritione cutrat, dormiat, interrumperetur, vel continuetur?

- 1 Curvis prescritione cum requisita prescritione adiun.
- 2 Interrumpit cum impedimentum apponitur, ne ulterius procedat.
- 3 Tricennialis prescritione nec citatione, nec litiis contestatione interrumperetur.
- 4 Bend tamen litiu contestatione, decennalis vel vicennialis cum titulo, vel tricennialis oblique gisito.
- 5 Quia in odium creditorum non exiguntur debitum conceditur sola citatione interrumperetur.
- 6 Interrupta prescritione in possessione interrupta censetur in proprietate secundam ius naturale.
- 7 Secum est dicendum si de interruptio eti. loquamus.
- 8 Latum est distinctione inter prescritionem naturaliter interruptam, & inter interruptum ciuiliter, & quod sit.
- 9 Continuationem possessionis non impedit quod res possessa ex uno in alium transferatur, si utique bona fide possedatur.

1 Prescritione currit, incipit, & procedit cum requisita prescritione adiuncta, tempore possesso, bona fides, & titulus si titulus requiratur. Dormit vero cum ob aliquod impedimentum superueniens suspenditur, & sopitum tamecum postmodum reuinicit. Illud autem impedimentum quod fuerit efficax ne prescritione prodiugatur, a fortiori ex effice quam prius incipiat, sed non est contra quia regulariter plura generationi reg. quam illius conseruationis requiruntur. Unde cum tempore possit, bellum & cum in loco non est qui ius dicat, dormiat prescritione. cap. xx transmissa de prescritionib. ca. prima actione. 16. q. 3. Et aduersus Ecclesiasticum cum Prelato vacat: vel iniurium habet ad agendum. cap. 1. & cap. xviii. de prescritionib. inchoatura prescritione illis temporibus non potest. E contra vero aduersus bona adiunctionem filii, dum est sub patri potestate prescritione incipere non potest. leg. 1. Cod. de bonis maternis. Neque item aduersus vxorem in bonis dotalibus. leg. in rebus. Cod. de iure dotorum. At si antea copti fuerit optimè potest continuari, quia minus requiritur ut continueatur prescritione quam ut initium sumatur.

2 Interrumpit vero prescritione cum impedimentum apponitur, ne ulterius procedat, sed omnino cessat. Hoc autem impedimentum duplex est aliud naturale, aliud ciuilis. Vnde duplum prescritionis interruptionem Doctores assignant aliud naturale, & aliud ciuilium. Naturale est qua aliquid ex requisitis ad prescribendum deficit, nimirum possello, bona fides, vel titulus, quia sine illis prescritione subsistere non potest. Vt tradidit Doctores in leg. naturae iste ff. de usucaptione & leg. 3. §. ex contrario ff. de acquirenda poss. ff. & in leg. 1. Cod. de servis fugitiis, & pluribus exortat Gregor. Lopez. leg. 9. tit. 29. par. 3. Et licet Fechin. in cap. vlti. de prescritionib. col. penult. & alii relati à

Couarrui. 2. §. 12. n. 2. sentiant ob defectum tituli vel ipso fidei non interrumpi prescritionem, sed dormire, & tempora ita vt redeunte postmodum bona fide possit prescritione continuari verius est omnino interrumpi ita vt necessarium sit continuo inchoari. Vti docuit Abbas. in dicto cap. fin. de prescr. 29. par. 3. Couarrui. plures referens dicto §. 12. n. 2. Mol. d. p. 7. 3.

Cuius vero interrumpit est quæ per actum iuridicum interpellatur nimis citationem, aut litiis contestationem. Tricennialis quo prescritione quia omnipotens favorabilis est, eo quod si inducatur in fauorem possidentium nec citatione, nec litiis contestatione interrumpitur, sed durante liti perficitur, quod si possessor damnum fuerit tenetur rem restituere in cuius fauorem lenitatem fertur. Vt probat lex 2. §. vlti. ff. de usucaptionib. pro empti. Iustianus. §. quantum. ff. ad exhibendum leg. pro acceptam. ff. de rei vindicat. & Tradit Panormit. cap. illud. n. 11. de prescr. 29. Corat affirmans esse omnium §. 12. n. 4. concl. Mol. d. p. 7. 3.

Præscriptio vero quæ decennio, aut vicennio cum titulo, vel tricennio absque titulo, aut longiori tempore perficitur, citatione non interrumpitur, bene tamen litiis contestatione, apud locum competenter, dum modo & loco vincat: nam si ipse incombatur prescruplio interrupta non censetur, utpote que interrupta fuerit sub hac conditione quod actor vicerit. Sic ex communione tradidit Panormit. Couarrui. Mol. Lessius. loci statu. Oportet autem vt litiis contestatio animo prosequendi fieri instituta sit, nam si ex conjecturis appareat animo tamquam interrumpendi prescritionem appositorum fuisse, quod contabili si nullum interruzione impedimentois defatur, prescripient non nocebit. Vti colligitur ex leg. vlti. Cod. de prescr. 30. vlti. 4. annorum. Secus vero si ob aliquam causam a prescritione liti effauerit utrumque malitiosis litiis contestationem appositorum fuisse. Sic Glofia. in cap. placuit §. potest. intrupit. 1. 6. q. 3. Abbas. cap. illud. & ibi Fechin. n. 10. de prescr. 29. Molina d. disp. 78. potest med.

Hoc autem prescritione, quæ in odium creditorum non existentium debetur conceditur, solù citatione interrumpitur, utpote quæ debitus virtualiter existit. Ut habetur. leg. s. fuit iusta. Glofia. ibi leg. cum no. i. s. in princ. & anno. Cid. de prescr. 30. annor. Et tradit ex communione Couarrui. dicta. §. 12. concl. 4. Quintum ut recte inquit Gregor. Lopez. d. leg. 9. tit. 29. par. 3. verbo renovasse. Mol. dicta d. disp. 78. Ista traditione pignoris, vel noua cautione a debito exhibita, prescritione interrupta est, quia est noua debiti confessio, & obligatio, & confitit ex dicto. In regno Cattel. leg. 29. tit. 29. par. 3. Satis infirmatur ista citatione prescritionem interrumpi, cum tantum exigat rem in iudicio mandari, ibi sola demandasse in iugio. Sicut nota ibi Gregor. Lopez.

Quod si possessor citatione fieri nequeat ob eius timorem, absentiam, infanciam, furorem, aliamque causam, ad interrumpendum possessionem ciuilium, s. adiutio iudicem portes, & libellum apud ipsum porrigite, quod vlti possessorum conqueraris. Quid si præstare nequeas, adibis Episcopum loci, eum rem mandebitis, s. finimus ei in loco quo possessor dominium habet querimoniam publice propones tabellam, si adiut subscipiam, vel testibus. Vti habetur leg. vt possit. Cod. de annali extitio. & colligitur. ex leg. cum ante. §. feriali. Cod. de iuri. & notariis Gregor. I. op. d. leg. 29. in fine. ibi esso m. ms. f. 17. el. f. 17. de dendo se lo demandasse delatus de amicis & auxiliis. Molin. disp. 78. potest medium. Illud certum quod adiutus Felinus cap. cum non licet de prescritionib. notarii Couarrui. §. 12. n. 5. Molin. loco citato, nimirum excommunicacione lata in bulla ecclie Domini aduersus occupantes bona ad Romanam Ecclesiam spectantia non interrumpere prescritionem, quia excommunicatio non deicis possessoris a bona fide, sed quos reperit mala fide possidere excommunicatione subiicit.

Est tamen graue dubium, An interrupta prescritione quod repositionem, interrupta censetur quod proprietatem, & contra interrupta quod proprietatem, censetur interrupta quod possessionem? Quia in re certum est, si de interrupcione naturali loquamus, interrupta prescritione in possessione, interrupta censetur debet in proprietate, eo quod sine possesso ciuilli nulla constat potest prescritione. Ex idem videtur dicendum, si naturaliter interrupta potest prescritione in proprietate. Nam prescritionis non potest naturaliter interrumpi, nisi ob defectum tituli, vel bone fidei. At flane bona fidei possesso inutilis est ad prescritionem utpote cum mala fide. Atque ita tenet Couarrui. ad reg. prescr. 1. §. 12. in fine. Et credo in hoc sensu intelligendam esse legem regiam 65. Talius quæ hodie el. 7. tit. 15. lib. 4. non collat. quæ dicitur. La interrupcion en la possession interrumpe la prescrpcion en la propiedad, y la interrupcion en la propiedad interrumpe la prescrpcion en la possession.

Verum si de interrupcione ciuili loquamus alter Philologum existimat: non enim ex interrupta prescritione quod possit

possessionem intelligi debet interrupta quoad proprietatem, vel contra. Causa enim possessionis, & proprietatis omnino distincta sunt, ac proinde interrupta prescriptione in causa possessionis permanere potest in proprietate, & est contra. Argum. leg. naturae. s. n. 1. *commune ff. de acquirenda p. ff. Et hinc finis possessionis non detur proprietatis prescriptione, benè tamen dari potest sua prescriptione possessionis, quia interruptio prescriptionis in possessione non tollit possessionem non iollata naturalem, vt de se constituit, sed nec ciuilem. Ut probat Ant. Gomez. dicta leg. 65. *tauri* n. 3. & 4.*

*Quoad continuationem vero prescriptionis, interrupta latum est dilacerum inter prescriptionem naturaliter interruptam, vel interrupsum ciuiliter. Nam ea praescriptio qua naturaliter tantum interrupta, & cessante impedimento incipere denou potest & perficit, si interrupta non obtingit. Ut docet Gregor. Lopez. dicta leg. *verbis perder. la tenetia de illa per Texum, ibi Couarruu ad reg. pos. ff. 2. p. §. 12. n. 7. Mol. dicta disp. 78. circa finem.* At si praescriptio ciuiliter interrupta sit exigua, quadrangulum in puncto interruptionis ut possit perfici non solum in actionibus personalibus, sed realibus, tamen si alias haec actions bicusim temporis spatio praescribentur essent. Vti colliguntur. ex leg. v. Cod. de prescript. 30. annorum. & tradit Couarruu. dictio 6. 12. n. 5. Molina. disp. 78. circa finem.*

Hanc autem continuationem possessionis non impedit quod res possessa ex uno in aliis transferatur, si vetera bona fide possident, quinimum possessor secundus vii potest possessionis sui praedecessoris ac si ipse fecisset. Quod vocant Iurisfida uti accessione temporis iuxta. leg. Pomponius. §. cum quis ff. de iusceptionib. leg. dolo. §. euro. q. ff. de contrahend empione. Interim tamen dum praescriptio perficit, solet mutatio contingere ex parte personae aduersus quam praescribitur, vel quia absit aucto, vel quia transitus est in Ecclesiam. Quo casu tempus prescriptionis computandum est secundum proportionem ut si tempore praescriptio quinquennium prescriptionis complectit indagens ob absentem ad comprehendam praescriptionem decennio. *Authent. quod si quis Cod. de prescript. longi 1. mpor. Et item proportionem feruatur dicendum est, si res in Ecclesiam translatas sit. Sicut bene notauit Panomita. cap. de quarta, numer. 20. de prescriptione.*

§. XVII.

Quibus concedatur in integrum restituunt aduersus prescriptionem peractam?

1. *Minoribus conceditur restitutio, & quadriennio durat post statum 25. annorum.*
2. *Maioribus idem beneficium restitutio nis per quadriennium conceditur aliquibus condicitionibus.*
3. *Aduersus praescriptioem trienniū maior est opinio concedens in maioribus restituū.*
4. *Communi sententia confirmans ex causa probabilis ignorantiā maioribus restituū.*
5. *Vetus apparat negativa sententia.*
6. *Si prescriptione peracta rem Domino ex ignorantia restituta est vindicare potest, tamen si aliqui contrarium sentiantur.*

Concedi restituionem aduersus peractam prescriptionem certiam longissimi temporis minoribus, 25. annis tamen potuerint agere, & prescriptionem impeditre in competitore est apud omnes. Ius namque ob debitem eorum atatem presumit sepe negligentes futuros in suarum rerum administratione, idque hoc beneficio restituções facere intendit. Quod beneficium quadriennio durat computando à die prescriptionis peracta, & à minoribus cognitis, alia non conlebuntur, porro beneficio restituções vti, etenim tempus illud restituções habile esse debet. Sicut colliguntur. ex cap. 1. de restituū. in integrum in 6. *verbis negligenter omisit, ex leg. v. Cod. de temporibus in integ. restituū. leg. v. Cod. si aduersus iusceptionem. Eodem beneficio gaudent Ecclesiae, Holpalitaria aliaque loca pia quia sunt initia minoris, & pupilli, ut tradunt communis Doctoris in cap. 1. & 2. de rebus in integrum lib. 6. Panomita. cap. 1. cap. auditus de prescriptionib. Couarruu. ad reg. pos. ff. 2. p. §. v. n. 4. Molina. disp. 8. o. Leffius. lib. 2. cap. 6. dub. 8. Quod locum haberet etiam aduersus alteram Ecclesiam, ut probat manifeste cap. auditus de integrum restituū. & notauit Laym. lib. 3. sum. feli. 5. tract. 1. cap. 8. circa finem.*

Maioribus item idem beneficium restituções conceditur aduersus prescriptionem 10. vel 20. annorum, si legitime confitentur non potuisse prescriptionem litis contestatione interrumpere, vel propter capacitatem, propter absentiam causa Reipublice, studiorum, peregrinationis, vel ob aliam familiem quia iusta iudicis videatur. Ut habetur. leg. 1. ff. ex quibus causis maior. Nam si ipsi prescriptionem impeditre poterunt digni non sunt vi hoc beneficio ei concedatur. Vti colliguntur. ex leg. ab hostibus. §. sed quod semperius & ex leg. sequenti. ff. ex quibus causis maior.

re, & notauit Couarruu. dicta 3. pad reg. pos. ff. 3. n. 4. Mol. dicta. disp. 8. Leffius. dub. 18. rameti contra videatur sentire Gregorius, Lopez. leg. 28. ist. 29. nr. 3. verbo. comencese per Textum ibi.

Aduersus prescriptionem 30. vel 40. annorum variante Doctoris, an sit maioribus concedenda praedicta restitutio, quorum opiniones refert Couarruu. d. §. 1. n. m. 1. Et quamus ipse in gatuum patrem ut probabilitorem defendat, nihil tamen affirmativa verior apparet co quod in leg. 1. §. vlt. ff. ex quibus causis maiores. & leg. 1. §. si quis autem ff. si iuste, & tunc priuato, vbi Bart. restitutio maioribus conceditur ex causa nulla & probabilitate aduersus prescriptionem aboluta, neque iuratur ad praescriptionem 10. vel 20. annorum. Neque obiectum restitutio leg. omnes. Cod. de prescript. 30. vel 40. annorum. & leg. vlt. Cod. de fundis patrimonialib. lib. 11. vbi expressum probatur praescriptioem 30. vel 40. annorum plenissimam inducere securitatem. Non autem plenissima securitas praesentibus inducita est, si beneficii restitutio ab eo res extrahi posset. Ut Glosa inquit in leg. omnes. & permititur verbis imputans. ff. de Minoribus. & accedit Glosa clam 1. verbis apud me de in integrum restituū. Non iuxtam obstat, quia alias probaret neque aduersus minores, & Ecclesiastis posse dari restitutioem in prescriptione longissimi temporis. Quocirca cum Textus inquit ex prescriptione longissimi temporis plenam securitatem haberi; id intelligendum est per se, & ex vi prescriptionis, cui non obiect ex pratorum aequitate restitutioem concedi.

Gratus autem dubium est, An ex causa probabilis ignorantis maioribus concedenda sit in integrum aduersus prescriptionem restitutio. Affirmat communis sententia, Panomita. & helius. cap. vigilanti de prescript. Iason, Bart. Alexand. & alii quos refert, & sequitur Couarruu. §. illo 3. num. 1. Pinel in antene. n. 1. ritecentale. num. 5. 8. Cod. de bono materno. Boerius decu. 39. Francise. Sarmiento. scieci. interpret. lib. 1. cap. 10. & alii passim. Dicuntur praescriptio ex leg. 1. ff. ex quibus causis maior. in integrum. restituuntur. vbi postquam Iurconclusus reutile aliquot caufas, ob quas ex pratoria aequitate maioribus concedenda est restitutio, subiungit si quis alia iusta causa esse videbitur in integrum restituū. Ex quibus verbis praedicti Doctores colligunt quamlibet caufam Iudicis arbitrio probabilem sufficientem esse vt maioribus restitutio concedatur. Limitant tamen plures ex his Doctoribus, vt videtur est apud Couarruu. leto citato, procedat in prescriptione longissimi temporis. Item ut praedictum quadriennium quod ad peccandum restitutioem conceditur, computetur a puncto peracta prescriptionis tamen ignorante, ne in infinitum tempus restitutio protrahatur, & praesentibus tamen penitentia & incerti.

Ceterum est si hac sententia vnu soienti recepta legibus tam & ratione conformior est, que maioribus ex hoc capite ignorantia negat restitutioem. Ve rebus inter alios probat Andreas Facheius. lib. 1. controver. scap. 6. 9. Moucer ea praescriptio ratione, aduersus peractam prescriptionem concedi non debet, nisi quatenus ex iure ipso sufficienter colligatur ob causam ignorantia non colligitur ex iure maioribus, immo nec minoribus, aut Ecclesiastis restituū concedi, quin potius contrarium non leviter inferatur. Quid sic probo ex clausula illa generali. si quis alia iusta causa mihi esse videtur in integrum restituū. Nequaquam colligitur ignorantiam comprehendendi posse, sed caufam aliam extrinsecum timet illis quas reulerat, quod mihi pertinet. Tum quia pronomen alia reguliter implicat praesentem qua itare, argum. leg. 6. fugitui. Cod. de seruū fugitiū, & ibi Glosa. & talis indicatur in leg. 1. §. si quis proper ff. de iure, actus priuato. vbi inquit Consultus. Si quis proper inundatione ius non sit iure, ait tunc hoc anno cum superiori ius sit, potest repedita die hoc interdicto vti per in integrum restituū. ex illa parte ed. 6. si quis mihi iusta causa videbitur. Ecce qualiter illa clausula generalis non ad ignorantiam, sed ad inundationem contingente referit. Tum quia ignorantia ex parte scienti noceat praescriptio, vt colligat ex cap. vigilanti de prescriptio. & leg. finali Cod. de prescript. longi temporis. Et subditur ibi ratio, ne se admittereat scientia, & excluderetur ignorantia, al era dubitatione inextricabilis oritur occasio, cum difficultatum probatur si ignorantia inimicibile inveniri. Tum quia ignorantibus ne obi praescriptio concessum est absentibus longius, tempus quam praesentibus, ut aduersus illos praescribatur ne conqueri possint de prescriptione facta. Tum quia si ob causam ignorantia restitutio conceditur vix locus esse potest praescriptio, cum ratio homines scienter permittant iuva bona, & iuta ab aliis occupari, si id impediri possint.

Superest quæstio. An praescriptio peracta si Domino reperiens rem restituas, putans ad id obligatum esse, vel pse aliam habeas, possis eam ab illi vindicare tanquam indebet datam? Et quidem per prescriptionem triennali, vel decennali, aut vicenniali cum titulo rem posse habiti, communis sententia statuerit te vindicare posse, quia ita probat lex si quis emporis in prive. Cod. de prescript. 30. vel 40. annorum. & notauit ibi Glosa & Salicet. Balbus

de prescr. 2. t. 3. p. princip. q. 6. Couarru. ad reg. professor. 3. p. §. n. 1. At si rem tricenaria, vel quadragenaria præscriptione abeque titulo, bona tamen fide posse dicitur, negant Gioffia, Angel. Bald. & Salicet, in dicta. leg. si quis emplor, te a pristino Dominio vindicare posse: bene tamen ab alijs, eò quod prior Dominus dominum directum non amiserit: quam opinionem approbat lex regia. 21. tit. 29. part. 3. dicens. si acceſſe perderis tenetia della pude la demandar a qualquiera que la falle fueras ende al verdadero dueño della, ca entresceſſi el señor la cobrare ſin fueras en organo o pudieses probar el señorio que auia sobre aquella cosa ſería tenido de fe la dar, & ibi Greg. Lopez.

Ceterum longè verius est ex qualibet præscriptione legitimè peracta ius præcipienti competere tam adactus Dominum priorem, quam adetus quodcumque alios. Sicut tradit Abbas in cap. Ad annos. m. 4. de prescritionib. Cornelius. conf. 14. col. 6. lib. 3. porpend Couarru. ad reg. pess. 3. p. §. 1. n. 1. & seqq. Andreas Fachin. lib. 1. contravers. cap. 70. Paul. Layman. lib. 3. sum. scđ. 5. tract. 1. cap. 8. n. 23. Dux, quia præcipienti dominium rei præscripte adjudicatum est, & à priore Domino ablatum, ut constat ex §. 1. inſtit. de vſuſfructu. & leg. acquiritur. 2. §. non ſolam ſi de acquirendo rerum domin. leg. 3. ſi de vſuſcapioni. leg. traditionibus Cod. de Patis. cap. inſer memoratos. 16. q. 3. & alijs. At hoc dominum donatione ex errore procedente nequit præcipienti amittere, vptotē que non eft vera donatio, ſed erronea debiti redditio. Ergo poterit ſic donatum tanquam nulliter donatum vindicare. Deinde communis sententia testator præcipienti triennio rem mobilem, & immobilem decennio vel vicenaria, cum titulo competere actionem vindicationis rei aduersus priorem Dominum: tricenaria præscriptione bona fide peracta eandem vim habet. Ut constat ex leg. si quis emplor. §. 1. Cod. de prescr. 30. vel 40. anno. & ex cap. placuit. §. poteſt. 16. q. 3. & tradit Abbas in cap. illud col. 3. de prescritionib. Balbus. de prescr. 2. p. principali. q. 2. ergo &c. In regno tamen Castellæ ob dictam legem regiam 2. censem priorem opinionem ſeruandam eſſe, ut Couarru. placet.

P V N C T U M X X I I I .

De Vſuſfructu legali, & conuentionali.

Hucusque actum est de natura iuriſ & domini, eius extenſione, conſtitutione, & termino. Ad eius tamen perfectam noriam conuenit vſuſfructus naturam explanare, vptotē qui pars eft domini, & ſemiplenum dominium à Doctoribus nuncipatur.

S. I.

Quo pacto vſuſfructus conſtituatur?

1. Quid concedatur conſeffione vſuſfructus.
2. Vſuſfructus conſtitui tantum poſt proprie & formaliter in rebus ſia non conſumpſibilis.
3. Nomine fructuum veniū qui ex re naſcentur naturaliter, vel accidente hominis industria.
4. Conſtituatur vſuſfructus leg. & conuentione.
5. Cum testator relinquit Titio ſua bona, & Sempronio vſuſfructum, duplex eſt ibi legatum, alterum proprietatis, alerum vſuſfructus, tamſi Anton. Gomez. contrarium ſintia.
6. Vſuſfructus conſtitui poſt ad vitam vſuſfructuary, vel ad vitam inſtituunti.

Diximus pan. 5. huius diſputacionis vſuſfructum formalem eſſe ius alienis rebus vendi, & fruendi ſalua rerum ſubſtantia. Vt habetur. leg. 1. ff. de vſuſfructu. & iſſit. ed. de tit. in prin. Enim per vſuſfructum conceditur fructuario non ſolum facultas vendi re ſibi in vſuſfructum confeſſa, ſed etiam ad illius fructus petcipiendo, & corum dominium acquirendum, in quo maximè ad vitium diſſert, cuius tota facultas ſolum ad vſum rei excedit non ad illius frumentum, ſeu fructuum percepcionem. Illorum tamen fructuum non fit vſuſfructarius Dominus quoque eos apprehendat, & colligat, tanetſi iam maturi ſint, & apti ut colligantur, quia dum rei fructifer vñuent ad Dominum rei pertinet. Vnde ſi contingat vſuſfructuarium eſt vita diſcedere fructibus non collectis, non ad ipsius heredes, ſed ad proprietarium pertinet. Vt iſi habetur. §. u. vero inſtit. de rerum diſſione. Quod ſi durante vſuſfructu aliquis extraneus eos fructus collegerit, datur vſuſfructario actio aduersus furem, quia ſia inerat eos fructus collectos, non eſſe. Vt habetur. leg. ſi fur. ff. de vſuſfructu, & notauit. Molina. diſp. 7 post princip. Vſus autem, & fructu vſuſfructario competens debet ſaluam rei frumente ſubſtantiam relinquere, aliaſ conſeruerit res confeſſa, & non tantum vſuſfructus.

Hinc conuenit Doctores vſuſfructum conſtitui tantum poſte proprie & formaliter in rebus, que ipſo viu non conſu-

muntur iuxta §. conſtituitur in lit. de vſuſfructu. & leg. 1. & seqq. ff. de vſuſfructu earum rerum qua viu conſumuntur. At vt ibidem caueur velitatis gratia in his rebus que viu conſumuntur vſuſfructus conſtitui po. eſt, vti ſepe vidimus conſumum quia in teſtamento reliqui aliqui vſuſfructuarium omnium luorum bonorum. Illud ramen eft diſcretum inter vſuſfructuarium conſtitutum in rebus que viu non conſumuntur, & inter vſuſfructuarium conſtitutum in ijs, que ipſo viu percut. Quod primus vſuſfructarius non habet dominium in re, ex qua vſuſfructum percipere debet, id eoque ſi abſque eius culpa percut non vſuſfructario, led Dominio percut vſuſfructuarium conſumum in rebus, que viu conſumuntur, dominium illarum acquirit, & ſibi percut etiam abiqua villa culpa. Neque inde fit illi percutiuntur vſuſfructum, & vſuſfructuarium abſoluti ab obſervatione reddendi id quod ad vendim. & frumentum accepit. Nam vſuſfructarius hic ſi attente conſideretur non eft vſuſfructarius illarum rerum viu conſumptibilium, illarum enim Dominus eft. Sed eft vſuſfructarius aſſumptionis illarum. Enim cum in his vſuſfructus conſtituitur ea vſuſfructus affinata accepit, & obligatione ſubit tantumdem reddendi, ac proinde aſſumptionis eft vſuſfructarius non rerum conſumptibilem.

Nomine fructuum vſuſfructario competentem intelliguntur qui ex re in vſuſfructum conceſſa naſcentur naturaliter, vel accidente hominis in diſtricta, vti in arboribus, & vīnes poterit, alioquin fructus in nemore & ſylvia, ligna caduca, animalia paſtu & venationis grege pecorum & animalium lae, lae, caſeum, inmo fecus & partus omnes. Excepit tamen partum ancillæ, que efti tibi in vſuſfructum conceſſa per partus eius conceſſus non inelliguntur. leg. veſus ff. de vſuſfructu. & §. in pedum inſtit. de rerum diſſ. leg. plures que ff. de vte diſſ. Non enim conſonum era inter fructus hominem computare, quandoquidem omnes fructus gratia homini producuntur.

Modus autem conſtituendi vſuſfructum duplex eft aler legalis, alter conuentionalis. Legalis eft co quod legi diſpositione fit conſtitutus, vti eft conſtitutus patrī vſuſfructus in bonis aduentis filii, non autem in eius bonis caſtentibus, aut quaſi caſtentibus. leg. quacunq. leg. cum oportet Cod. de vſuſfructu. Sed que bona aduenticia ab hoc vſuſfructu erimuntur, & pleno iure filioſamilias competant ſuperioris diximus, pan. 7. 1. cum explicimus in que filioſamilias dominium habeant. Alter modus conſtituendi vſuſfructum eft donatione, vendicione, permutatione, alioquin contraſtu inter viños. §. de vſuſfructu. inſtit. de vſuſfructu. leg. plures que ff. de vte diſſ. Non enim conſonum era inter fructus hominem computare, aduerit Anton. Gomez. 1. u. var. cap. 15 n. 4.

Mouet autem ibi eam quationem Anton. Gomez, An refator relinquit Titio ſua bona, & Sempronio vſuſfructum, conſeatut integrum vſuſfructum Sempronio concedere, & Titio proprietatem: Et responderit ſi Legatum factum Titio eft, patet ac factum Sempronio co quod in ijs omnibus, que Titio relinquitur vſuſfructus Sempronio conſtituitur, recipiuntur Sempronio integrum vſuſfructum habitum, ed modicem tantum, quia alia medietas Titio competit, co quod per legationem fundi feu bonorum ſolam non loquitur concilia ſe proprietas, fed vſuſfructus. leg. ſi vſuſfructum ff. de vte obligat. & ibi Bart. Cum ergo poſtmodum Sempronio vſuſfructus legatus, legat idem quod ante legatum erat, ac poindit tamquam duo legatari euilidem ſi diuifionem facere tenent. Sicut docent Bart. & alij ſcribentes in leg. ſi alijs & leg. Sempronio ff. de vſuſfructu legato. Seciis vero inquit. Anton. Gomez, ſi vius legatum eft viuenterale, & alterius particulae. Sicuti ſi Titio relinqueret omnia bona, & Sempronio vius vſuſfructum vſuſfructus illius rei designatus integrus Sempronio competitor. Sicuti ſi Titio relinqueret vſuſfructum omnium bonorum, & Sempronio rem aliquam determinatam in hac determinata, Titio nullum habet vſuſfructum, ſed pleno iure Sempronio competeret, eò quod eā particulae designatione videatur viuenterale legatum reſtringere, iuxta regulam iuriſ, generi per viuenterale regatur de Regul. in lib. 6. & leg. vte diſſ. & c. diſſ. diſſ. leg. 3. & leg. cum quatio. Cod. de legatu.

Sed ſalua pace tanti viri verius conferem in quolibet ex partibus casibus proprietatem ab vſuſfructu integrę eſſe diuidendam, eſſeque ibi duo legata alterum proprietatis, alterum vſuſfructus. Vt aduerit Molina. tract. 2. de inſtit. diſp. 8. in fine. Nam diu nomine fundi legati non ſolum veniat legitara proprietatis, ſed